
DE POËTARUM QUI SUNT IN ANTHOLOGIA PALATINA STUDIIS THEOCRITEIS...

Ulrich Julius Wilhelm Kehr


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

DE POËTARUM
QUI SUNT IN ANTHOLOGIA PALATINA
STUDIIS THEOCRITEIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM

EX AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

ALMAE VNIVERSITATIS LITTERARVM LIPSIENSIS

RITE OBTINENDORVM CAVSSA

SCRIPSIT

VLRICVS KEHR

THVRINGVS.

LIPSIAE.

TYPIS EXPRESSIT FR. A. PERTHES GOTHANUS.

MDCCCLXXX.

PATRI . OPTVMO

AMORIS . CAVSSA

Niebuhrius (hist. und philolog. Vorträge II, 3. p. 413) cum Theocriti carmina quamvis omnium laudibus celebrata tamen nondum penitus aestimata esse censeret, pro suo quidem tempore recte iudicavit. Nunc vero hominum doctorum commentationibus paene sexcentis immensaque emendationum copia contigit, ut in poëtae Siculi poëmatis et in examen criticum vocandis et in interpretationis rectam viam ducendis tantum profecerimus, quantum in paucis aevi Alexandrini scriptoribus. Saepenumero autem qui factum sit miratus sum, ut adhuc nemo exstiterit, qui accuratius in Theocriti imitatores animum adverteret. Quamquam enim non pauci fuerunt, qui Vergilii imitationem Theocriteam tractarent: in poëtarum Graecorum imprimis posteriorum carmina cum Theocriteis accuratius comparanda paucos adhuc operam studiumque contulisse video [1]). Ita non vereor, ne excusatione mihi opus sit verba facturo de poëtarum, qui sunt in anthologia Palatina, studiis Theocriteis. Est enim permirum, quot locos quot pulchre egregieque dicta epigrammatum illi scriptores ita adhibuerint, ut difficile sit dictu utrum consilium imitandi deliberatum persecuti sint an

---

[1]) Quae quidem commentariis notisque ab interpretibus collecta sunt, facillime ea augeri possunt. Locorum imitatione expressorum ordinem vix tamen plenum primus Ahrens. in editione bucolicorum critica a. 1855 sq. edita proponere instituit.

ipsa illa imitatio vagae cuidam Theocriti recordationi tribuenda videatur.

Quod qui factum sit si paulo accuratius quaerimus, Homeri exemplo docemur, qui Graecorum poëtis non solum epicis sed etiam scaenicis ita placuit, ut neque hi eum imitari dubitarent [2]) neque ipsi Graeci iterum atque iterum illius potissimum carmina audire gravarentur, sive quod scholae disciplina, cuius fons Homerus erat perennis [3]) ducti in eo lubenter acquiescebant, sive quod poëtas illos haud raro propria ingenii vena adeo deficiebat, ut Homeri, quem propter singularem virtutem commune poëtarum nomen apud Graecos effecisse suum audivimus (Cic. topic. XIII, 55. Welcker, episch. Cyclus, p. 122) [4]), vestigiis insistere cogerentur [5]).

Sed quae de Homeri carminibus contendimus, ea de omni fere Graecorum poësi in universum dici possunt. Nam cum permultis poëtis oratio tersa et nitida, pura et elegans primarium quasi locum obtinere videretur, poëtici autem sermonis indoles deesset, antiquiorem sanitatem aemulati omnem poësin

---

[2]) J. F. Lauer, Geschichte der homer. Poësie I, p. 23sq.

[3]) Veterum de ea re testimonia collegit omnia Godofredus Bernhardy (griechische Literaturgeschichte I[4], p. 87), cf. etiam Becker, Charicles ed. Göll. II, p. 69. Grasberger, Erziehung und Unterricht im Alterthum II, p. 284sq. Limbourg-Brouwer, histoire de la civilisation morale et religieuse des Grecs VI, p. 49sq. K. Fr. Hermann, Geschichte der platonischen Philosophie I, p. 303sq.

[4]) De Hesiodi asseclis vide quae docte composuit Goettlingius in proll. ad Hesiod. carm., p. XXIIIsq. ed. H. Flach.

[5]) Eiusmodi imitationes saepius exagitatas esse, Aelianus testatur (var. hist. XIII, 22. Overbeck, antike Schriftquellen, nr. 1988), qui: *Γαλάτων*, inquit, *ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους.* Schol. ad Lucian. contempl. siv. Char. 7 (H. Blümner, archäologische Studien zu Lucian, p. 82), cf. H. Meyer, Geschichte der bildenden Künste bei den Griechen II, p. 193ff. H. Brunn, Geschichte der griechischen Künstler II, p. 288. Th. Panofka, Parodieen und Karikaturen auf Werken der klassischen Kunst, p. 4. 5, tab. I, nr. 3.

in huius velut unici exemplaris mores formare studebant. Quod quidem eis potissimum temporibus factum est, quibus omnes carminum nimio elegantiae studio oneratorum tanta ceperat satietas [6]), ut quae a clarioribus poëtis sincere candideque ficta erant, ab eis omnium orationis virtutum exempla peterent. Iure autem meritoque id de Theocriti imitatoribus affirmari posse putaverim. Is enim cum aliis causis tum „quod ubique simplex est“ (Serv. prooem. Verg. bucol., p. 95. Lion.) tantum apud posteros valebat, ut veteres eum quippe „in suo genere admirabilem“ (Quint. X, 1. 55), *ἐν τοῖς βουκολικοῖς εὐτυχέστατον* (Long. de sublimit. XXX, p. 117 W.) praedicarent interque cenam simul Theocriti et Vergilii bucolicis delectarentur (Gell. IX, 9. 4).

Deinde vero Theocritus etiam in scholis tractatus esse videtur. Habes enim testimonium gravissimum apud P. Papinium Statium, qui dum varia de patre suo narrat, qui ludo praefuit Neapolitano [7]), etiam scriptores affert, quos ille tractandos interpretandosque proponere consuevit. Quo in numero non solum Homerus atque Hesiodus, sed etiam Callimachus [8]) et noster „Siculus senex“ [9]) laudantur. Ac quoniam satis constat, quamnam veteres paedagogi interpretandi viam rationemque ingressi sint, cum id potissimum agerent, ut

---

6) cf. M. Haupt in: Berichte der Verhandlungen der Sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, histor.-philolog. Classe 1849, p. 39.

7) Friedländer, römische Sittengeschichte III, p. 275.

8) De Callimacho a grammaticis in scholis explicato testimonia veterum collegit Alph. Hecker. in comment. critic. de anth. Graec. part. I, p. 88.

9) Stat. silv. V, 3. 147:

Te monitore regi mores et facta priorum
discere, quis casus Troiae, quam tardus Ulixes
quantus equos pugnare virum decurrere versu
Maeonides quantumque pios ditarit agrestes
Ascraeus Siculusque senex (cf. Fritzsche, de poetis Graecorum bucolicis, p. 10).

discipuli „dictata redderent“ locosque gravissimos memoriae mandarent (J. Sitzler, proll. in Theognid. rell., p. 14, not. 60. Weichert, poët. latin. rell., p. 25), — quae ratio etiam grammaticis Byzantinis probata est[10]) — facile intelliges, quomodo poëtarum sententiae ac lumina brevi innotuerint ac cum in proverbii quasi consuetudinem abirent, a poëtis imitatione expressae vel etiam exscriptae sint. Accedit, quod Vergilii quoque bucolica in scholis tractata[11]) atque in scaena per cantores pronuntiata (Ribbeck. proll. ad Vergil. edit. min., p. XXIII) cum plane hausta sint ex Theocriti fonte integerrimo, bucolicorum imprimis nostri poëtae notitiam augebant, quae quanta apud veteres fuerit, grammaticorum commentationes luculenter demonstrant, de quibus scite docteque disseruerunt post Wartonum in notitiae schol. pag. 135 sq. Wuestemannus in Theocr. praefat., p. XV sq. Fritzschius in dissertationis quam scripsit de Graecorum poëtis bucolicis p. 32 sq. Ahrens. in bucolic. Graec. rell. II, p. XXVII sq. praef.

Sic satis mihi videor explicatum esse, qui factum sit, ut haud pauci posterioris aetatis poëtae ad Theocriti carmina imitatione exprimenda sese componerent. Iam igitur explorandum est, quinam illi scriptores fuerint.

Quorum quidem principes exstant Moschus et Bion qui una cum Theocrito bucolicorum nomine ponuntur[12]), quos subsequuntur Flavius Philostratus (cf. Friedrichs. in

---

10) cf. vit. Aesopi, quae in editionibus fertur ab Aphthonio conscripta. (Eberhard., fabul. Romanens. graece conscript. I, p. 307, 5.)

11) Vergilii carmina perdiu rhetorum ac grammaticorum scholis in interpretationem vocata esse, testantur Tacit. dial. de oratorib. 20. Senec. suasor. 3, 5. Serv. ad Verg. Aeneid. X, 18. Sueton. grammat. 16. Quint. I, 8. 5. Augustin. de civitat. dei I, 3. confess. I, 17. Iul. Capitolin. in vita Clod. Albin. V, 2. Auson. epigr. 137, 1. Oros. hist. I, 18.

12) Schol. ad A. P. IX, 440. Drac. Strat. p. 127. Hermann. Suidas s. v. Θεόκριτος. Uno cum Theocrito Moschus commemoratur apud Eudociam (Villoison. anecd. I, p. 304. Westermann. biogr. p. 185, 56).

annal. philolog. tom. suppl. V, p. 137. 145), Oppianus (Fritzsch. ad Theocr. XXIV, 9), Himerius (Wernsdorf. ad orat. I, 18. p. 362), Nonnus, qui non solum temporis morem secutus, Homerum (Lehrs, quaest. epic., p. 284. R. Köhler, über die Dionysiaka des Nonnos von Panopolis, p. 65 sq.), sed etiam Callimachum (Naekii opusc. I, 221—234. C. Dilthey, analect. Callimach., p. 32, not. 41. de Callimachi Cydippa, p. 36. 68. 97. O. Schneider, Callimachea I, p. 136), Apollonium Rhodium (Köhler l. l. p. 9), Euphorionem (Meineke, analect. Alexandr. p. 51) compilavit atque etiam Theocriti nativa dulcedine captus non paucos illius versus surripuit [13]). Qui tamen omnes cum amatoriae quibusdam narrationis scriptoribus vix queunt certare, quorum primum obtinent locum Longus (John Dunlop, history of fiction I, p. 43 sq. Erwin Rohde, der griechische Roman und seine Vorläufer, p. 502, not. 1) et Nicetas Eugenianus (Hercher. in script. erotic. Graec. indic. II, p. 612 s. v. Theocr.).

Saepius a poëtis Romanis Theocriti idyllia ita adumbrata sunt, ut statim poëtae Siculi exemplar perspicue distincteque expressum agnoscatur. Sufficit Catulli (C. P. Schulze, de Catullo Graecorum imitatore, p. 22 sq. E. de Leutsch. in philolog., tom. X, p. 737. R. Ellis in: commentary on Catullus, p. XXVII sq. [preface]). Vergilii (Gebauer, de poëtarum Graecorum bucolicorum imprimis Theocriti carminibus in eclogis a Vergilio adumbratis, part. I, praef. p. II). Horatii (Arnold, quaest. de Horatio Graecorum imitatore, p. 20 sq. Abhandlung über die griechischen Studien des Horaz I, p. 19 sq.). Ovidii (O. Jahn, archäolog. Beiträge, p. 412). Calpurnii (Teuffel, röm. Literaturgesch.^{3}, p. 692) nomina attulisse. Facile etiam Fritzschio (I^2, p. 72) adstipu-

---

[13]) Nonnullas Nonni imitationes Ahrens., posteaquam Petrus Cunaeus in animadversionum libro ad Nonn. Dionys. (Lugd. Batav. 1610, p. 9. 30. 96. 123. 154 saep.) colligendi initium fecit, editionis suae notis inseruit.

labimur, qui Tibullum non sine fructu ad carmina propria redundante Theocritea legisse contendit. Nam quamquam de huius poëtae studiis Graecis adhuc sub iudice lis est (G. Bernhardy, röm. Literaturgesch.[3], p. 536. W. Teuffel, Studien und Charakteristiken zur griech. und röm. Literaturgeschichte, p. 352. E. Baehrens, tibull. Blätter, p. 41) verisimile tamen est, Tibullum exquisitiores quasdam notas ex Theocriti „venefica“ petiisse, cui et Horatium et Vergilium non pauca debere nemo nescit. Recte enim docuit O. Hirschfeldius (de incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque, p. 19) poëtas illos Romanos Alexandrinorum vestigia tam presse secutos esse, ut totum magicum apparatum ab iis mutuarentur atque in suam poësin transferrent.

Tertio denique loco epigrammatarii illi nominandi sunt, qui cum poëmatia, quae nunc anthologia Palatina continentur, conscriberent, non solum persaepe materiam ex Theocriti idylliis hauserunt, sed etiam eorum ad formam, elocutionem, dialectum propius accesserunt. Illa enim cum et epigrammatis brevitate et orationis elegantia niteant, fieri non potuit, quin legentium animos moverent motosque tenerent. Quamquam autem multi satis ipsi valebant ingenio, ut eorum epigrammata tam sermonis quam sententiarum venustate animos allicerent, tamen grammaticorum poëtastrorum grex Musae spiritu fere adeo carebat, ut luculentas aliorum sententias locosque egregios in suum usum transferrent eorumque argumentum in suae dictionis gratiam fingerent.

Cum igitur non alienum esse statuamus, imitationes omnes accurate colligere ut quanta non solum Theocritus apud illos poëtas auctoritate viguerit demonstretur, verum etiam quantopere illi ab eius colore, elocutione, verborum supellectile, describendi arte pendeant appareat, primum quidem a nimia imitationis indagandae cupiditate cavebimus, deinde autem temporum rationes accurate observabimus, ne idem peccemus, quod Batavi quidam philologi, qui in temporum ordinibus mirum in modum errantes plus semel nimis praefracte imita-

tiones statuebant (Boeckh, in Platonis qui vulgo fertur Minoem, p. 23). Sed dicta dicerem, si de imitationum inquirendarum utilitate verba facerem, quippe quas haud raro etiam ad lectiones vel firmandas vel emendandas magno praesidio esse nemo nesciat [14]).

[14]) Paucis id Theocriti exemplis demonstrare liceat. Meinekius et Ahrensius, cum Leonidae Tarentini, Theocriti spoliatoris, in A. P. IX, 322. 5: ἐκ δὲ μετώπου || ἱδρὼς πιδύων στῆθος ἐπισταλάει haud immemores essent, recte dederunt in Theocr. II, 106: ἐκ (pro ἐν) δὲ μετώπω || ἱδρώς μευ κοχύδεσκεν cf. Dorvill. ad Charit., p. 380. (Nam Fritzschius ut lectionem ἐν firmaret, cum Verg. Aen. IX, 812 sic laudaret: „tum toto in corpore sudor liquitur", praepositionem nimirum ipse addidit, quae in libro legitur nullo.) Simili quodam modo Fr. Jacobsius (in animadvers. in epigr. anth. Gr. III, 2. p. 346). A. P. XIV, 53. 1: Ἡφαίστῳ ποτὲ Παλλὰς ὑπ᾽ ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα || εἰς εὐνὴν ἐμίγη κτλ. ex Theocr. III, 43: ἁ δὲ Βίαντος ὑπ᾽ ἀγκοίνῃσιν ἐκλίνθη ita emendare studuit, ut pro μιγεῖσα exhiberet κλιθεῖσα. Duebnerus autem (ed. Didot. II, p. 474) δαμεῖσα recepit, Homerum expressum esse coniciens. Sed ne confidentius in eiusmodi emendationibus acquiescamus, Macedonii, qui in A. P. VI, 69. 4. Endymionis Theocritei (III, 49) memoriam excitavit, exemplo cavere docemur, quode egregie disputavit C. Dilthey. in mus. nov. Rhenan. XXVII, p. 304.

I.

Ex ipsa rei natura sequitur, ut primo loco eae imitationes colligantur, quibus verbum verbo redditur. Ut enim poëtae Graecorum tragici (Boeckh, trag. Graec. princip., p. 242 sq.) similique quodam modo oratores (Meier. opusc. academ. II, p. 307. Volkmann, Rhetorik der Griechen und Römer [2], p. 190, § 23 fin. Rehdantz. ad Lycurg. Leocrat. § 100 append. alter.) aliorum versus locosque egregios tanquam suos exscribere non dubitaverunt, ita in anthologia complures nobis occurrunt versus, quos primo obtutu Theocriteos esse cognosces.

Atque Agathiam (A. P. V, 299. 9). Meinekius (bucol.[3], p. 197) monuit in epigramma transtulisse Theocr. I, 134: *πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο* nisi quod *γένοιτο* in *γένοντο* mutavit. Sed frustra illum Agathiam manifesto versum illum Theocriteum respexisse statuentem Fritzschius (I[2], p. 62) refellere conatus est. Frustra enim virum illum doctissimum vituperavit, immemor scilicet, quam saepe Agathias Theocritea petiverit [1]). Quid? quod Fritzschius Nicetae Eugeniani (IV, 302) imitationem apertam esse confitetur: cur igitur de Agathia haesitavit, quoniam etiam Theodori in Boissonad. anecdot. I, p. 262 testimonio contigit, ut vix habeamus cur versum illum ut subditicium eiciamus? [2])

---

[1]) Confer A. P. V, 287. 5 cum Theocr. XIX, 4. A. P. V, 287. 7 cum Theocr. VII, 38. A. P. V, 292. 5 cum Theocr. VII, 138. A. P. V, 296. 1 cum Theocr. III, 28. A. P. VI, 32. 3 cum Theocr. VII, 15. A. P. VII, 220. 3 cum Theocr. XXIII, 38.

[2]) Eandem sententiam veteres varie frequentabant, cuiusmodi exempla

Similiter Gregorius Nazianzenus in A. P. VIII, 129. 1 (oper. ed. Caillau. II, p. 1120). Theocrit. VIII, 37: *κρᾶναι καὶ βοτάναι* in *κρᾶναι καὶ ποταμοί* mutavit. Gregorii epigrammata ac carmina cur nobis accurate observanda videantur, is non mirabitur, qui quantam ille theologus poëtarum Graecorum notitiam amplexus sit meminerit. Is enim, qui iam Alexandriae multum in litterarum antiquarum studiis versatus est (op. II, p. 680: *κἀνθένδε γάρ τι λόγων ἐδρεψάμην*) [3]) et Homero delectabatur breviloquenti (II, p. 49 A: *βραχυλογώτατος Ὅμηρος*) et Hesiodi (II, p. 1083) Euripidis (II, p. 12 C. 427) Theognidis (II, p. 14 C.) Pindari (II, p. 9 et saep.) opera satis accurate tractavit satisque saepe decerpsit. Quid? quod Asclepiadem spoliavit (Jacobs. animadvers. III, 2. p. 424) Oppiani vestigiis institit (A. Ludwich, Beiträge zur Kritik des Nonnos von Panopolis, p. 55), Callimachum, verbum verbo reddens imitatus copiosam illius verborum supellectilem in suum usum vertit? (Naekii opusc. I, p. 240. O. Schneider. Callimach. II, p. 401. 457. 484.) Sed omnia eleganti formae imitatione reddidit, quamquam prolixo quodam scribendi modo utitur (Ullmann, Gregor von Nazianz, p. 201) saepeque legentium risum excitat, utpote qui christianis carminibus paganorum „pannos purpureos" intexere non dubitet [4]).

---

congessere Markland. ad Euripid. supplic. 520. Jacobitz. ad Lucian. dial. deor. VI, 2. Boissonad. ad Nicet. Eugen. IV, 302, p. 235. Orell. ad Horat. epod. XVI, 25. add. Gregor. op. II, p. 300: *πάντα δ' ἅμ' ἀλλήλοισι φορούμενα.*

[3]) Alexandriam enim plerique *τῶν περὶ φιλοσοφίαν καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων* (Gregor. Nyss. III, p. 540) ad *ἐγκύκλιον παιδείαν* comparandam (II, p. 179) migrare solebant. Phil. Jud. de legg. spec. ed. Mangey II, p. 299: *ἦν ποτε χρόνος ὅτε φιλοσοφίᾳ σχολάζων καὶ θεωρίᾳ κτλ.* (Gfrörer, Philo und die alexandrinische Theosophie I, p. 4) cf. Neander, Geschichte der christlichen Religion und Kirche IV, 2. p. 248. Hertzberg, Geschichte Griechenlands seit dem Absterben des antiken Lebens I, p. 79 sq.

[4]) Quamquam autem eius carmina frustis veterum e dapibus surreptis mirum in modum luxuriantur, tamen eorum litteras ut „diabolicas"

Porro Macedonius (A. P. V, 247. 3) verba: *καὶ φεύγεις φιλέοντα καὶ οὐ φιλέοντα διώκεις* ita ex Theocr. VI, 17 petivit, ut nihil mutaret. Lusus enim verborum ei placuisse videtur. Collocationem autem verborum formosam concinnitatemque splendidam Strato (Brunck. anal. II, p. 370) spectavit, cum scriberet: *οὐκ ἐθέλων φιλέεις με, φιλῶ σ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλουσα,* quam Nonnus quoque suam reddidit cum in Dionys. XVI, 297 daret: *κτείνεις γὰρ ποθέοντα καὶ οὐ ποθέοντα διώκεις*, quo loco Koechlyus valde erravit, in praefat. p. LXX. Cunaei emendatione (p. 123) reiecta, pro altero *ποθέοντα* proponens *γαμέοντα*. Nam si exemplar accuratius considerasset, cuius ad fidem Nonni verba scripta sunt, vanam esse eiusmodi coniecturam intellexisset. Neque in hoc ordine Gregorius deest, testis locupletissimus (op. II, p. 328): *ὃς ποθέει ποθέοντα καὶ εἰς-ορόωντα δέδορκεν κτλ.* Addatur etiam versus Nicetae Eugeniani (III, 311): *καὶ σὺ μισεῖς στέργοντα καὶ οὐ ποθέοντα ποθεῖς με,* qui cum vers. 313 pergeret: *σχέτλιος, ὅσσ' ἐμόγησα. τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;* Theocriti duos versus in unum contraxit [5]).

Saepius a poëtis nihil nisi versus initium expressum videmus, ut a Magno Medico (anth. Planud. 270. 1) *ἦν χρόνος ἡνίκα* . . . (Theocr. VII, 1) Philodemo (A. P. V, 107. 1) *γινώσκω χαρίεσσα* (Theocr. XI, 30) Statilio Flacco (A. P. XII, 12. 1) *ἄρτι γενειάζων* (Theocr. XI, 9) Gregorio Nazianzeno (A. P. VIII, 122. 3, op. II, p. 1118): *ἄρτι γενειάσκων* (op. II, p. 322): *μόσχου γαυροτέρη* (Theocr. XI, 21) Aristocle (A. P. append. Jacobs. 7, 1). *Δάματερ πολύκαρπε* (Theocr. X, 43). *πολύκαρπος* autem Ceres non appellatur nisi utroque hoc loco, quamquam persaepe similia deae epitheta usurpantur [6]).

---

damnasse fertur (A. Gräfenhan, Geschichte der klassischen Philologie im Alterthum III, p. 16).

[5]) Theocr. XI, 19: *ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;* Theocr. XIII, 66: *σχέτλιοι οἱ φιλέοντες. ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν.*

[6]) *αὐξιθαλής* (hymn. Orph. 39, 10). *ἀμαλλοτόκος* (Nonn. Dionys.

Sed omnium saepissime versus exitus translatus est, ut a poëta christiano incerto (A. P. I, 30. 2): *τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι* (Theocr. VII, 127); a Gregorio Nazianzeno (op. II, p. 242) . . . *ἐτώσια μοχθίζοντι* (Theocr. I, 38; VII, 48) qui bis *ἐτώσια φυσιόωντες* ponit (op. II, p. 318. 878), verba utroque loco versum concludentia; ab Eratosthene (A. P. VI, 78. 2): *Δάφνι γυναικοφίλα* (Theocr. VIII, 60); a Gregorio (op. II, p. 570): . . . *ἐλευθέρῳ οἷος ἄριστος* (Theocr. XIV, 59, unde Agathiae quoque verba fluxerunt in A. P. V, 216. 7); a Stratone (A. P. XII, 193. 5): . . . *καὶ σὺ φιλήσεις* (Theocr. XXIII, 33); a Leonida Tarentino (A. P. IX, 322. 5): *ἐκ δὲ μετώπου || ἱδρώς* (Theocr. II, 106); a Cyro (A. P. IX, 136. 2) . . . *ἢ ὑπὸ πέτρης* (Theocr. VII, 88); ab Agathia (A. P. VII, 220. 3) . . . *δάκρυ δ' ἐπισπείσας* (Theocr. XXIII, 38: *ἐπισπείσας δὲ τὸ δάκρυ*). Eodem aspiraverunt Meleager (A. P. VII, 476. 1): *Δάκρυα . . . || δάκρυα δυςδάκρυτα. πολυκλαύτῳ δ' ἐπὶ τύμβῳ || σπένδω μνᾶμα πόθων*, Paulus Silentiarius (A. P. V, 283. 1) *δάκρυά μοι σπένδουσαν*); Gregorius Nazianz. (A. P. VIII, 192. 3 [7]): *ἀλλ' ἐρέω γε || δάκρυ ἐπισπένδων.* idem (op. II, p. 846): *δάκρυ ἐπισπένδων*; Macedonius (A. P. VI, 30. 4) *ἀποσπένδων δάκρυον ἐκ βλεφάρων*; Scriptor epigr. incertus (Brunck. anal. III, p. 306): *καὶ πολλάκι τύμβῳ || σπεῖσον ἀπὸ βλεφάρων δάκρυ ἀποιχομένη*; Chariton (I, 14. 7) *καὶ Χαιρέας ἐπέσπεισε δακρύων* (sc. *τάφῳ*).

XXXI, 38). *καρποφόρος* (Paus. 8, 53). *καρποτόκος* (Strato in A. P. XII, 225. 3. quo loco Heckerus in commentat. critic. I, p. 81 scribi vult: *καρπολόχος*). *ὀλβιοδῶτις* (hymn. Orph. 39, 2). *πολυφορβή* (Hes. theog. 912). *σταχυηκόμος* (Nonn. Dionys. I, 104). *σωρῖτις* (hymn. Orph. 39, 5). *φερέσταχυς* (Nonn. Dionys. XXVII, 238). *εὔκαρπος* apud Nonnum Cereris manus vocatur (Dionys. XI, 391) *οὐδέ κεν εὐκάρπῳ παλάμῃ πηχύνατο Δηώ.*

7) Apud Caillauum (II, p. 1190), qui theologi epigrammata e Muratori anecdotis (p. 155) in suam editionem transtulit, distichon quo haec verba continentur, plane excidit.

Agathias eodem fere modo quo versus Theocritei exitum leniter mutavit, in A. P. V., 287. 7 scripsit: *ἐγὼ δέ τις ὡς βραχυπειθής* Theocritei *ταχυπειθής* (VII, 38; II, 138) bene recordatus. Nimirum adiectiva in — *πειθής* exeuntia persaepe a poëtis posterioris aetatis imprimis a Nonno Nonnianisque usurpantur: *ἀπειθής* (Paul. Silentiar. A. P. V, 246. 3. Oppian. cyneg. II, 511) *βραδυπειθής* (Nonn. Dionys. IV, 313. Ioann. Gaz. in descript. tab. mund. I, 252 Graef.) *δυςπειθής* (Anyte A. P. VII, 190. 4.) *θεοπειθής* (Nonn. metaphr. evang. Ioh. 3, 116; 5, 40; 8, 128) *νεοπειθής* (Nonn. met. 6, 152) *ταχυπειθής* (Nonn. Dionys. XXII, 79; met. 10, 97. Tryphiodor. 528).

Atque ut Antipater Thessalonicensis (A. P. IX, 567. 3) verba: . . . *μαλακώτερον ὕπνου* in versu extremo posita ad Theocritea . . . *μαλακώτεροι ὕπνω* (XV, 125. cf. V, 51 *ὕπνω μαλακώτερα*) accommodavit, ita anonymus in A. P. IX, 209. 1 ex Theocr. XV, 122: *πωτῶνται πτερύγων πειρώμενοι ὄζον ἀπ' ὄζω* hausit, cum scriberet: *τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζου*. cf. Villoison. ad Long. past. p. 89.

Verba Theocritea: *βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη* (XVI, 97) leniter convertit poëta incertus in A. P. XII, 39. 2: . . . *καὶ χαρίτων λοιπὸν ἔτ' οὐδ' ὄνομα.* Vix praetermittenda videtur hoc loco aperta Lucilli imitatio, quae est in A. P. XI, 205. 4: *μὴ κληθεὶς δ' Αὖλος ξηροφαγεῖ καθίσας.* profecta ex Theocr. I, 51: *πρὶν ἢ ἀκρατισμῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.* Quo imitandi genere Theocriti aemuli eo abrepti sunt, ut raram adiectivorum supellectilem, quae ad substantiva inde ab Homeri temporibus *ἐπιθετικῶς* posita erant, apud Theocritum autem substantivorum locum obtinebant, observarent observatamque exprimerent. Nam ut Theocritus (XVII, 35) *θηλύτεραι* praebet eadem vi ac significatione atque *θηλύτεραι γυναῖκες* (ut Hom. Θ. 520. cf. Lobeck. element. patholog. Graec. II, p. 362. Krah. in philolog. tom. XVII, p. 203), ita Paulus Silentiarius ad Theocriti usum sese componens scripsit (A. P. V, 290. 3) *θηλυτέρη χαρίεσσα.* (VI. 71. 10) *θηλυτέρης κάλλεϊ* (descr. magn. eccl. II, 171. Graefe) *θηλυτέρην αἴθουσαν*, Cyrus (A. P. VII, 557. 3) *θηλυτέρην*, Gregorius

Nazianzenus (op. II, p. 574) θηλυτέρα substantivo omisso, eumque usum a Nonno observatum esse, compluribus exemplis nuperrime Julius Bintzius demonstravit (de usu et significatione adiectivorum epicorum apud Nonnum. p. 27 s. v. μέροπες). Quod video primum monuisse Ottonem Schneiderum, Musis etsi non immatura, luctuosa tamen morte nuper surreptum, in coniectaneis quae scripsit ad Colluthum, philolog. tom. XXIII, p. 427 sq. insertis, de hoc Alexandrinorum poëtarum more scite docteque disputantem.

Nec vero Theocriti spoliatores splendidissimam eius verborum collocationem despexerunt, qua ut nemo aequalium legentium vel audientium animos commovit. Iam enim celeberrimus primi idyllii versus primus: ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα . . . ἁδὺ δὲ καὶ τύ κτλ. ad imitandum invitavit et Anyten poëtriam (anth. Planud. 228, 2): ἁδύ τοι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις (cf. Long. I, 232) et Paulum Silentarium (A. P. V, 250. 1): ἡδύ, φίλοι, μείδημα τὸ Λαΐδος. ἡδύ [8]) κτλ., qui Theocr. II, 69: φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα spectavit, cum diceret, (A. P. V, 286. 1) φράζεό μοι Κλεόφαντις, ὅση χάρις, ὁππότε δοιούς κτλ. quo in loco imitatio et verbo φράζειν in utroque versu primum locum obtinente cernitur et particularum interrogativarum usu satis liquet. Accedit quod Theocriti versus in omnium ore fuisse videtur, si quidem inde derivanda videantur verba: (κλῦ)θι πότνια Σελάνα quae vasis inscripta reperiuntur [9]).

---

[8]) Hoc enim loco imitatio inde quoque luculenter patet, quod Paulus S. plerumque Nonni Nonnianorumque artem metricam secutus, qui τομὴν κατὰ τρίτον τροχαῖον ponebant (H. Tiedke, quaest. Nonnian., p. 2. R. Volkmann, quaest. epic., p. 10) hoc versu caesura bucolica usus est.

[9]) Attulit Carolus Diltheyus, egregie de hymnis Graecis ab E. Millero editis disserens (mus. nov. Rhen. tom. XXVII, p. 389) Tischbein, vases Hamilton III, 31. Lenormant et de Witte, élite des monuments céramographiques III, 118. Gerhard, akademische Abhandlungen, tabul. VIII, 8. Item ab Ottone Jahnio Σελάνα vasculo

Quantam enim vim veteres in sacrorum arcanis lunae attribuerint, saepe demonstratum est [10]).

Iuvat his imitationis exemplis speciosa quaedam comparationum testimonia subiungere. Ac poëta quidem incertus in A. P. IX, 65, 1: verba: *γῇ μὲν ἔαρ κόσμος πολυδένδρεος, αἰθέρι δ' ἄστρα || Ἑλλάδι δ' ἥδε χθών, οἵδε δὲ τῇ πόλει.* plane ad Theocriti exemplar formavit (VIII, 79): *τᾷ δρυΐ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα || τᾷ βοΐ δ' ἁ μόσχος, τῷ βουκόλῳ αἱ βόες αὐταί.* Similis est comparatio ipsa quoque populari quodam modo composita in Theocr. IX, 31: *τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ || ἴρηκες δ' ἴρηξιν, ἐμὶν δ' ἁ μοῖσα καὶ ᾠδά,* quae in Constantini Manasses [11]) verbis resonat (I, 55): *ἧλιξ γὰρ ἥλικα, φασί, τέρπει καὶ κόρη κόρην || καὶ γὰρ τρικόρωνος τὴν γραῦν καὶ πέμπελον ὁ γέρων.* Tuo iure *φασί* voculam hoc loco premes. Nam et *φασί* illud proverbium indicat et notum est *ἧλιξ ἥλικα* locis satis multis. (Plat. Phaedr. p. 240 C. respubl. V, p. 464 E. Aristotel. rhet. I, 11. ethic. VIII, 12.) Sed hoc loco animum tuum non ad proverbii consuetudinem advertere studui, sed in totam versuum formam, quorum quisque duas in partes inter sese accomodatas divisus est. Hanc vero formam Theocritum, quam e Siculorum cantilenis vulgaribus nescio an exceperit, primum litteris mandasse contendo. Nam cum ante poëtam bucolicum eiusmodi comparationes non re-

---

inscripta commemoratur in: Beschreibung der Vasensammlung König Ludwig's in der Pinakothek zu München, praef. p. CCXXXII, not. 1454.

10) Heindorf. ad Horat. sat. I, 8. 23. Brookhus. ad Propert. II, 1. 73. Wachsmuth. in Athenaei tom. II, p. 218 sq. Marquardt, röm. Privatalterthümer IV, p. 131, not. 23.

11) Constantinus Manasse (Baehr. in St. R. E. II, p. 616). *σοφοῦ* cognomine ornatus, qui *ἐννέα λόγους τῶν κατ' Ἀρίστανδρον καὶ Καλλιθέαν* conscripserat, quorum nihil nisi sententiarum cyclus ad nos pervenit (Hercher. scriptor. erotic. Graec. II, p. 555—577 E. Miller. in: annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques en France, tom. IX, p. 23 sq.) ex quo, in narratione amatoria componenda specimina Byzantinorum eum sectatum esse facile cognoscitur (E. Rohde, der griech. Roman, p. 533), nonnulla Theocriteae imitationis exempla praebet, quae suo quodque loco afferam.

periantur eaeque, quae in posteriorum scriptorum carminibus exstant, imaginem expressam perspicue in promptu habent, nonne id satis magni testimonii esse putas? Eandem figuram in suum usum vertit Gregorius Nazianzenus (op. II, p. 344) cum diceret: *πῶλοι μὲν πωλοῖσι φίλοι, ἔλαφοι τ' ἐλάφοισιν || καὶ ψῆρες ψήρεσσιν, ἀγνῷ δέ τις τίμιος ἁγνός*[12]). Is igitur theologus cum orationis argutias verborumque exquisitiorem collocationem captaret, quid mirum, si Theocritum aemulabatur, cum in idyllii duodecimi initio raram verborum repetitionem exhibebat hance: *ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ· || ἤλυθες* quam in suum usum ita convertit, ut diceret (op. II, p. 952): *ἤλυθες, ὦ κακοεργέ. νοήματα σεῖο γινώσκω || ἤλυθες* (cf. etiam op. II, p. 316), quae dicendi forma Catullo quoque obversata esse videtur, qui in carm. IX, 3 haec dedit: venistine domum ad tuos Penates || fratresque unanimos anumque matrem? || venisti, cf. Schulze, de Catullo Graecorum imitatore, p. 37. Sed omnium lepidissime Meleager in A. P. V, 160. 4. Theocritum respexit (XXVII, 6 [III, 20]):

ἔστι	*καὶ*	*ἐν*	*ψυχροῖς*	*σάββασι*	*θερμὸς*	*Ἔρως*
ἔστι	*καὶ*	*ἐν*	*κενεοῖσι*	*φιλάμασιν*	*ἁδέα*	*τέρψις*

quae imitatio vel inde elucet, quod utriusque versus initium eisdem formatur verbis verborumque et collocatio et formatio ad syllabas fere effecta est, speciosum imitationis exemplum „quod acumen quaerit in exemplari deflectendo, non ut lateat imitatio, sed ut pateat“ (C. Lehrs, de Aristarchi studiis Homericis[2], p. 69*). Quae verborum collocatio quantopere audientium auribus indulserit, Gregorii Nazianzeni versus demonstrant haud dubie ad exemplar Theocriteum compositi: (op. II, p. 312) *ἔστι καὶ ἀψύχοισι γάμος καὶ δεσμὸς ἔρωτος.* (op. II, p. 582) *ἔστι καὶ ἐν ῥυπόωσί ποθ' εἵμασι θρύψις ἄσεμνος.*

Meleager autem, qui in Theocriti pedisequis non ultimum hercle obtinet locum, eandem fere rationem sectatus esse videtur

---

[12]) His exemplis plura adici poterunt. Imitationem Theocriteam Wordsworthius in Matth. Mon. in Crusii Turco-Graecia p. 225, Ahrensius in Nicet. Eugen. V, 209 perspexit.

quam Gregorius. Exemplum praebet A. P. VII, 417. 3: *Εὐκράτεω δ' ἔβλαστον ὁ σὺν Μούσαις Μελέαγρος.* qui versus ex Theocriti memoria (VII, 12) profectus esse videtur: *ἐσθλὸν σὺν Μοίσαισι Κυδωνικὸν εὕρομες ἄνδρα;* unde fluxit etiam versus anonymi in A. P. XII, 100. 4: *τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις Κύπρις ἔτρωσε μόνη.*

Sed ad Christodori statuarum descriptionem, quae exstabant in publico gymnasio, quod a Zeuxippo nomen habet, si iam pergimus, Heynii verbis ducimur, qui recte statuit, in Christodori carmine non tam artis notationes deprehendendas esse, quam versificatoris singula poëtica licentia ornandi studium [13]). Neque enim Christodorus „modo breviter statuas enumerans, modo sophisticae artis elegantiis descriptiones dilatans“ [14]) ut testis oculatus tractandus est, qui accurate quae viderit describat, sed ut poëta, qui plus semel imagines adumbratas si non ipse sibi excogitaverit, plura tamen ex aliorum poëmatis petierit, quibus quae descripturus erat exornare posset [15]). E Theocrito quidem ad Deiphobi statuam describen-

---

13) cf. Heynii dissertationem, quae inscribitur: priscae artis opera, quae Constantinopoli extitisse memorantur (commentat. societat. reg. scient. Gottingens. 1790 XI, p. 3 sq.).

14) Fr. Matz, de Philostratorum in describendis imaginibus fide, p. 16.

15) Haec diu iam conscripseram, cum sero ad me allata est copiosa doctaque Conradi Langii dissertatio Lipsiae 1879 edita, cui inscripsit: „Das Motiv des aufgestützten Fusses in der antiken Kunst und dessen statuarische Verwendung durch Lysippus“, qua illum plane mecum convenire gaudeo. Ait enim (p. 9): „Ich werde zeigen, dass die Benennungen Christodors zum grössten Theile willkürlich aus der epischen Poësie besonders Homer entnommen und ohne jedes Verständniss für die Formensprache der griechischen Kunst auf Statuen angewendet sind, deren wirkliche Bedeutung (p. 10) auf ganz anderem Gebiete liegt und bei der theilweisen Genauigkeit der Beschreibung meistens mit vollkommener Sicherheit erschlossen werden kann. Und da auch nachzuweisen ist, dass Christodor nicht selten durch epische Reminiscenzen veranlasst wird, Einzelzüge, die in den Kunstwerken nicht vorhanden waren, hinzuzudichten ..... etc. Ac nunc

dam auxilium petiit. Nam Christodori statua (v. 5) *ἵστατο . . . προβιβῶντι πανείκελος. εὖ δ' ἐπὶ κόσμῳ || δόχμιος ἦν.* plane ad Amyci descriptionem Theocriteam effecta est (XXII, 120): *δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς.* Ex eodem idyllio non sine artificio ad luctatoris statuam adumbrandam complures notationes usurpavit:

Theocr. XXII, 48.	Christodor. ecphr. 235.
ἐν δὲ μύες στερεοῖσι βραχίοσιν ἄκρον ὑπ' ὦμον ἕστασαν ἠύτε πέτροι ὀλοίτροχοι.	*ἀμφὶ δὲ πυκνοῖς || μυῶνες μελέεσσιν ἀνοιδαίνοντο ταθέντες τρηχαλέοι, δοιοὶ δέ, συνισταμένων παλαμάων*
XXV, 149. *μυὼν ἐξ ὑπάτοιο βραχίονος ὀρθὸς ἀνέστη.*	*εὐρέες ἐσφηκῶντο βραχίονες ἠύτε πέτραι.*

---

quidem vir ille doctus in commentatione quae in mus. nov. Rhen. XXXV (1880) p. 110—130 legitur (die Statuenbeschreibungen des Christodor und des Pseudolibanius) quaestionem ad umbilicum adduxit.

Vita.

Natus sum Ulricus Julius Guilelmus Kehr die XVI. mens. Septembr. a. 1858. Ruhlae, in Thuringiae vico longe amoenissimo prope Isenacum sito, matre Paulina e gente Andraeana, Carolo patre, qui nunc seminario praeceptorum Halberstadensi praeest, quibus utrisque gaudeo vivis. Fidei addictus sum evangelicae. Primis disciplinae rudimentis imbutus, cum annum octavum agerem in gymnasium Ernestinum Gothanum J. Marquardtio v. d., rectore candidissimo, laetissime florens intravi artibusque liberalibus instructus sensim pedetemtimque usque ad secundam classem progressus eram, cum a. 1873 in gymnasium Halberstadense receptus sum, cuius praeceptores tironi summa comitate humanitateque indulsisse gaudeo. Quorum auspiciis maturitate examine comprobata mense Octobr. a. 1877. Lipsiam, litterarum artiumque in sedem celeberrimam, migravi, philologicis studiis operam daturus, unde a. 1878 vere Carolo-Rupertam academiam adii, quam post sex menses Georgia-Augusta Gottingensi mutavi. Gottingae vero cum per annum et seminarii regii philologici exercitationibus et virorum doctissimorum scholis interfuissem, Lipsiam reversus in societatem philologicam, cui O. Ribbeck, vir illustrissimus, moderatur, receptus sum. Doctus sum ab hisce viris: K. Bartsch. J. Baumann. K. Dilthey. M. Drobisch. G. Curtius. K. Fischer. K. Goedeke. M. Heinze. R. Hildebrandt. L. Lange. J. Lipsius.

H. Masius. W. Müller. O. Ribbeck. W. Roscher. H. Sauppe. Fr. Schoell. G. Voigt. C. Wachsmuth. Fr. Zarncke. Quibus viris celeberrimis ea quae decet observantia cum grates habeam maximas tum C. Diltheyi O. Ribbeckii, quem utrumque insigni benignitate mihi nunquam non adfuisse lactabundus profiteor, nomina grata piaque memoria prosequi non desinam.

II.

Carminum quae sub Theocriti nomine feruntur, nullum genus magis veterum animis se insinuavit quam bucolica quae ab illo primo in litteras inducta esse nemo nescit. (Naekii opusc. I, p. 161 sq.) Nec vero mirum est, quod eorum et simplicitatem et dulcedinem iam antiquitus summis laudibus cumulatam videmus, quippe quibus naturae veritas novum in modum adumbrata vel eam ob causam omnibus probanda esset, quod tunc plerique scriptores in poësi non tam materiae suavitatem quam artificium formae spectabant. Ita factum est, ut epigrammatum scriptoribus, cum lubenter argumenta peterent, quae pastorum vitam, consuetudinem, mores, habitum vivis ut par est coloribus depingerent, plus semel Theocriti memoria subiret, cum sive inscii sive similitudinem aperte quaerentes in Theocriti verba coloremve inciderent.

Nam si in illorum poëmatiis pastorum nomina exstant quae non reperiuntur nisi apud Theocritum, id magno documento esse videtur, quanto eius idyllia studio viguerint [1].

---

[1]) Haec nomina cum apud eum solum legantur neque in eorum quae ante eum sunt carminum reliquiis similia exstent, potius ex Theocrito eos hausisse quam ex alio quodam poëta verisimile est. Qua in re prorsus planeque mihi convenit Naekii sententia (op. I, p. 226 fin.), qui cum Nonnum Callimachi aemulum tractaret, una eademque ratione supposita rem adgressus est.

Sic et Thyrsis, quem Theocritus in carm. I (19 sq.) epigr. VI (1 sq.) fingit et Corydon ille, quem e quarto novimus idyllio, in anthologia commemorantur. Thyrsidis enim mentionem facit Myrinus (A. P. VII, 703. 1) qui cum scriberet: *Θύρσις ὁ κωμήτης, ὁ τὰ νυμφικὰ μῆλα νομεύων* Daphnidis Theocritei verba mutuatus est (I, 129): *Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων*. Corydonem excitat Erycius (A. P. VI, 96. 1) cuius nomen (Theocr. IV, 1; V, 6) non solum a Vergilio (ecl. II, 1. 56 multis aliis locis) usurpatum est, sed etiam Calpurnio Siculo, et Theocriti et Vergilii aemulo, placuit (idyll. VII, 1) cf. Propert. III, 34, 73. Iuvenal. III, 9, 102. Iam igitur huius potissimum pastoris nomen in proverbium quasi abierat nec nostros fugerat poëtas. Nam Buergerus, in carmine cui inscripsit: „die Weiber von Weinsberg" cum exclamaret: „o weh mir armen Korydon" itemque Herderus et Weisius dubium esse non potest, quin pastoris nostri recordati sint, qui primum a Theocrito litteris mandatus, a Vergilio celebratus per trium populorum litteras migravit (G. Büchmann, geflügelte Worte[10], p. 59). Nec alienum videtur, plura colligere nomina, quae e Theocriti idylliis in anthologiae epigrammata transierunt. Tu igitur conferas haec nomina: *Ἀμύντιχος*, *ὑποκοριστικῶς* dictum *Ἀμύνταν* significans (Ahrens. diall. Graec. I, p. 216. L. Schwabe, de deminutivis Graecis et Latinis, p. 9) ex Theocr. VII, 132 petiverunt Macedonius (A. P. VI, 30. 1) Philippus (A. P. VI, 38. 7) anonymus A. P. VII, 321. 1). *Δαμοίτας* pastor Theocriteus (VI, 1. 20. 42. 44) a Flacco (A. P. VI, 193. 2) in piscatorem mutatur, pastor fingitur apud Vergilium (ecl. II, 37; V, 72). *Κλεαρίστης* nomen (Theocr. II, 74; V, 88) etiam apud Meleagrum (A. P. VII, 182. 1) Bianorem (A. P. VII, 644. 1) Longum (past. IV, 13. 1) legitur. *Νύχειαν* fontis nympham e Theocrit. XIII, 45 poëta incertus (A. P. IX, 684. 1) duxit: *Ὠκεανοῦ θυγάτηρ καὶ Τηθύος εἰμὶ Νύχεια ‖ κρήνη*. Amaryllidis quoque nomen in vulgi sermonem brevi abiisse videtur, ut ex Longi (past. II, 5. 3) et Vergilii locis bene multis (ecl. I, 5 sq.; II, 14 sq.; III, 81 sq.; VIII, 77 sq.)

elucet. Sed quod Daphnidis fabulam perstringunt Macedonius (A. P. VI, 73. 1), Meleager (A. P. VII, 535. 1), Glaucus (A. P. IX, 341, 2), Zonas (IX, 556. 1), Strato (XII, 182. 3) ex epigrammatum brevitate de imitatione nihil certius effici potest, quamquam omnia fere colorem Theocriteum prae se ferunt. Verum enim vero illi etiam sive ex Stesichori [2]) carmine sive e Siculorum carminibus popularibus hanc materiem depromere potuerunt, ex eodem fonte, ex quo Theocritus fabulae summam descripsisse videtur (Welcker, kl. Schr. I, p. 189 sq.). Unus tamen Eratosthenes cum ex Theocr. VIII, 60 versus exitum: ... *Δάφνι γυναικοφίλα* (A. P. VI, 78. 2) repeteret paululum mutatum, quin Daphnidem Theocriteum spectaverit, non potest dubitari. Sed quoniam in nominibus versamur, haud ineptum videtur, exemplis quae attuli Bassi Smyrnaei versum asserere (A. P. XI, 72. 1): *ἡ πολιὴ κροτάφοισι Κυτώταρις, ἡ πολύμυθος γραῖα* quem si cum Theocr. VI, 40: *ταῦτα γὰρ ἁ γραία με Κοτυταρίς* (vulgo sed falso *τ* litterula geminata) *ἐξεδίδαξεν* comparaveris, inter utrumque versum eam rationem esse cognosces, ut alter ex altero profectus sit. Ad vanam huius loci interpretationem, quam scholiasta affert (Ahrens. II, p. 234, 19): *Κοτυτταρὶς δὲ ὄνομα κύριον ἢ παρὰ τοῦ κότου ἴσως πεποίηται. καὶ γὰρ οἱ γέροντες ὀξύθυμοί εἰσι.* altera adiuncta est multo probabilior: *ἢ ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς Δωριεῦσι τιμωμένης Κοττοῦς* (hoc praebet lectio vulgata, Ahrensius autem [p. 513] ex schol. ad Pind. Olymp. XIII, 56 recte scripsit: *Κοτυτοῦς*). Eius enim in deae honorem *τὰ Κοτύτια* et apud Thraces (Strab. X, 470) et apud Siculos (Lobeck,

---

[2]) Dixerit quispiam, veri vix simile esse, illos e Stesichoro hausisse. At constat Siculum illum poëtam rhetorum scholis accurate tractatum esse. Aristides quidem cum Alexandrum Cotyaeiensem, amicum et praeceptorem, summis laudibus efferret (Lehrs, quaest. epic., p. 14) in numero poëtarum ab illo ad interpretationem propositorum Stesichorum commemorat (Aristid. I, p. 142 D). Falso autem Wegnerus (de aula Attalica litterarum artiumque fautrice, p. 200) de Alexandri commentariis monuit.

Aglaopham. p. 1007 sq.) habebantur. Fuisse igitur *Κοτυταρίδας* sacrificulas, quae in sacris deae versarentur et incantamenta recitarent, post Heinsium recte statuit Kiesslingius. Inde facile colligi potest, Theocrito Siculo Sicula haec sacra innotuisse eumque ut sagam *ἐπᾴδουσαν* [3]) (Theocr. II, 91) significaret, illius deae ministram protulisse. Recte igitur Theocritus hoc nomen et adhibuisse et scripsisse videtur, Bassus contra, qui illius versum in suum usum vertit, re ipsa non satis perspecta Cotytaridisque nomine tanquam appellativo usurpato falso scripsit *Κυτώταρις* [4]). Quid vero saga [5]) docuerit vers. 39 explicatur: *ὡς μὴ βασκανθῶ δέ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον.* quode scholiasta: *ποιοῦσι γὰρ μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα τοῦτο αἱ γυναῖκες, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι* [6]). Quam super-

---

3) Welcker, Epoden oder das Besprechen in: kl. Schr. IV, p. 64.

4) Ita facillime impeditam hanc quaestionem solvi posse puto, nisi forte lectionem Planudeam cum Theocritea congruentem praeferas, quam anthologiae editores adhuc omnes reiecerunt.

5) Hoc loco non ineptum videbitur, Jacobi Grimmii verba repetere, luculenter explicantis, qui factum sit, ut apud veteres magicis rebus non viri, sed feminae praeessent. Ait enim (deutsche mythologie[4] II, p. 867. 868): „unser frühestes alterthum hat den zauber schon vorzugsweise frauen zugeschrieben . . . . . . den grund hiervon suche ich in allen äusseren und inneren verhältnissen. frauen nicht männern war das auslesen und kochen kräftiger heilmittel angewiesen, wie die bereitung der speise ihnen oblag. salbe fertigen, linnen weben, wunden binden mochte ihre linde, weiche hand am besten . . . weibern verliehen erfahrung und behagliche muße alle befähigung zu heimlicher zauberei. das einbildungsvermögen der frauen ist wärmer und empfänglicher, von jeher wurde in ihnen eine innere, heilige kraft der weissagung verehrt. phantasie, tradition und bekanntschaft mit heilmitteln, armut und müssiggang haben aus frauen zauberinnen gemacht.“ cf. etiam Welcker, Medea oder die Kräuterkunde bei den Frauen in: kl. Schrift. IV, p. 20. K. Weinhold, die deutschen Frauen im Mittelalter, p. 52 sq.

6) A Graecis hanc superstitionem ad hunc diem pie observari, testatur Coraës. in atact. IV, p. 51, de Dalmatinis vide Wuestemann. Theocr. p. 102, de nostris Grimm. D. M.[4] II, p. 923. Wuttke, der deutsche Volksaberglaube, p. 171. Iam etiam apud veteres Romanos fascinationis vim sputando auctam viguisse, poëtarum loci satis multi

stitionem a Theocrito saepius illustratam (VI, 39; VII, 127; XX, 11) manifesto respexerunt Strato (A. P. XII, 229. 1):

---

docent, quos collegerunt Brookhusius ad Tibull. I, 2. 55. O. Jahn. ad Pers. sat. II, 54, qui in docta commentatione quae inscribitur: „über den Aberglauben des bösen Blicks“ (Berichte der Verhandlungen der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften, historisch-philolog. Classe. 1855, p. 83) hunc morem diligenter sciteque illustravit. Ad hunc diem apud Siculos religiose hanc superstitionem coli, Richterus testatur (Beschreibung der Stadt Messina und Schilderung seiner Einwohner I, p. 175): „Leute, die plötzlich erkranken, hält man für behext. Es wird dann ein altes Weib, die sich mit Zauberbannen beschäftigt, herbeigeholt. Dieses nimmt ein Becken mit glühenden Kohlen, bestreut es mit Weihrauch, Palm- und Olivenblättern, womit es den Kopf, die Brust, die Arme und Beine des Kranken und zwar jede dieser Stellen dreimal berührt. . . . Endlich setzt es das Kohlenbecken auf den Fussboden nieder und lässt den Kranken dreimal nacheinander darüberschreiten, indem er, so oft dies geschehen ist, vor sich hinspucken muss.“ In omnibus enim rebus magicis numerum ternarium accurate observandum esse, recte contendit Dissenius in comment. ad Tibull. p. 49. cf. Welcker, griech. Götterlehre I, p. 54. quem in magia, ut omnino in rebus sacris religiosisque legitimum fuisse demonstravit, quippe maxime perfectum, cum impar numerus potentior esset. Itaque si veteres numerum ternarium Hecatae sacrum esse credebant, patronam rerum magicarum eam esse meminerunt (Lobeck, Aglaoph. p. 224sq. Preller, römische Mythologie², p. 769). Idcirco pleraque eius epitheta ad numerum ternarium adiunguntur: τριοδῖτις (Plut. de fac. orb. lun. 24. Böttiger, Kunstmythologie I, p. 273). τριπρόσωπος (Athen. VI, p. 325. Artemidor. II, 37). τρίγληνος (Athen. VII, p. 825A.). τριτογενής (Zenob. proverb. IV, 16). τρίμορφος (Orph. Arg. 974. Chariclid. apud Meinek. frg. comic. Graec. IV, p. 556. Hippolyt. advers. haereticos, p. 72. Miller). trivia (Ovid. fast. I, 389. Verg. Aen. VI, 35. Catull. XXXIV, 15), tergemina (Verg. Aen. IV, 511), triceps (Ovid. met. VII, 194). Hinc fortasse factum est, ut Graeci ter clamarent (τρὶς ἀνακαλεῖν) quotiescunque suorum quendam apud exteros decessisse audiebant (K. Fr. Hermann, griech. Antiquitäten III², p. 322) ut tertio post funera domestica die sacra facerent (Isaei orat. II, 37), ut denique dis in defunctorum honorem χοὰς τρισπόνδους offerrent (Soph. Antig. 431). Adice quod iam aetate heroica exequiarum pompa tres in partes subtiliter distribui potest (Nägelsbach, homer. Theologie, p. 215, not. *). Praeter ternarium numerum in rebus magicis usitatissimum (cf. etiam Voss. ad Verg. eclog. VIII, 73. Valkenaer. ad Theocr. II, 43. O. Hirschfeld, de incanta-

ὡς ἀγαθὴ θεός ἐστι, δι' ἣν ὑπὸ κόλπον, Ἄλεξι || πτύομεν. anonymus. (anth. Planud 251, 5) ἐς δὲ βαθὺν τρὶς κόλπον ἐπέπτυσεν.

Sed redeamus ad id, quod propositum erat, ut in imitationes inquiramus, quae in pastorum vitam a Theocrito adumbratam revocari possunt. Celeberrimus est Theocriti versus (I, 15): οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινόν, οὐ θέμις ἄμμιν || συρίσδεν. τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες, ad quem Philostrat. imag. II, 11 opportune adiungatur, qui ut timoris causam explicaret, addidit: μεσημβρία . . . ὅτε δὴ λέγεται καθεύδειν ὁ Πὰν εἰςλελοιπὼς τὴν θήραν. Nam illo versu caprarius superstitionem excussit apud pastores pervulgatam, quae adhuc apud Graecos aliquantum valere fertur [7]). Mirum tamen in modum Theocriti spoliator, cum diceret (anth. Planud. 227. 5): χ' ὡ ποιμὴν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς || συρίσδων nimis in ipsis verbis haesit, quam ut morem illum a caprario illustratum proferret. Habemus igitur exemplum imitationis quae non possit declarari

---

mentis l. l., p. 38, not. 7) etiam nonarius (Tibull. I, 5. 16. Ovid. met. XIII, 952, fast. V, 143) saepius usurpatur. Sed si Hecate apud Apollonium Rhodium septies invocatur Arg. III, 860: ἑπτάκι δὲ Βριμὼ κουροτρόφον ἐγκαλέσασα id a Graecorum more alienum ad Aegyptiorum religionem referendum videtur, apud quos quantum ille numerus valuerit nemo nescit (Uhlemann, Aegyptologie II, p. 59. 163). Nam numerum septenarium Graeci Apollini tribuebant utpote septimo Thargelii sive Bysii mensis die nato (Spanheim. ad Callimach. hymn. in Del. 251. Goettling. ad Hesiod. oper. et dies 771. Creuzer. ad Herodot. VI, 57. O. Müller, Dorier I, p. 329. Bergk, de rell. comoed. Attic., p. 136).

7) C. Wachsmuth, das alte Griechenland im neuen, p. 30: Besonders Mittags üben die Neraïden ihre schädliche Gewalt aus; wer zu dieser Zeit einen Ort passirt, wo sie hausen . . . . erhält von ihnen einen Schlag, in Folge dessen er in eine nervöse Krankheit verfällt. cf. Bernhard Schmidt, das Volksleben der Neugriechen und das classische Alterthum I, p. 96. Wuttke, deutscher Volksaberglaube, p. 47. E. L. Rochholz, deutscher Glaube und Brauch im Spiegel der heidnischen Vorzeit I, p. 63. 67 (der Mythus vom Körperschatten und Schattengeist).

nisi si poëtam quasi inscium verba Theocritea petiisse coniciatur, quamquam ipsa eorum notio plane eum fugerat. Vix tamen opus est, imitationem certis quibusdam argumentis demonstrare, quoniam verba: *ποιμήν* — *μεσαμβρινόν* — *συρίζειν* eodem apud utrumque poëtam ordine composita originis Theocriteae magno sunt testimonio. Accedit quod anonymus ille Theocriti memor dialecto quoque expressa *μεσαμβρινόν* dedit, non *μεσημβρινόν*, ut Meleager (A. P. VII, 196. 7) Synesius (anth. append. 92, 8). Sed aliter res sese habet in Theocriti epigrammate (V, 6): *ἐγγὺς δὲ στάντες λασίας δρυὸς ἄντρου ὄπισθεν* || *Πᾶνα τὸν αἰγιβάταν ὀρφανίσωμες ὕπνω*, quo loco superstitione subaudita pastor exultanter superbiens iram dei excitare non dubitat [8]).

Deliciis vitae pastoralis suavissime a Theocrito descriptis cum omnes magnopere delectarentur, poëtae quolibet modo hanc potissimum materiem aucupati sua quisque ratione atque indole ad Siculi poëtae mores formare studebant. Nec vero

---

8) Theocritum lubenter singulares quasdam superstitionis notas carminibus intexuisse, iamdudum interpretes (suo quidque loco) adnotaverunt. Ita cum Amores Simichidae „argutum" (Meineke [3], p. 256) omen sternuentes fingit (VII, 96; XVIII, 16) ad opinionem prospere sese applicavit quam apud Graecos Romanosque pervulgatam esse constat (Boissonad. ad Aristaenet. II, 5 [p. 408] Brookhus. ad Propert. II, 2. 33. Ellis. ad Catull. XLV, 9 [II, p. 127] Keuchen. ad Frontin. strategemat. I, 12. 11. Hildebrandt. ad Apul. met. 9, 25 [p. 815]. Morin, sur les souhaits en faveur de ceux qui éternuent in: mémoires de l'académie des inscriptions, tom. V, p. 436 sq.) cuius principia in antiquitatis remotissimae tenebris adhuc cognosci possunt (Edw. B. Tylor, die Anfänge der Cultur I, p. 98. Grimm D. M.[4] II, p. 934). Habes alterum exemplum in idyll. III, 36: *ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός*, quam superstitionem Muretus illustravit (var. lect. I, p. 251) Plaut. Pseudol. I, 1. 105 opportune recordatus. Sed dubium esse non potest, quin Graeci hoc omen ab orientis incolis acceperint (Fleischer, über das vorbedeutende Gliederzucken der Morgenländer in: Berichte der Verhandlungen der sächs. Gesellschaft der Wissenschaften 1849, p. 245 sq.), quorum in religione vana illa superstitio adeo floruit, ut a scriptoribus copiosis libris illustraretur (Pertsch, die arabischen Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Gotha II, 2. p. 493, nr. 1324).

huius imitationis rara exstant exempla, petita illa quidem e Theocriti versibus quibus obsceni aliquid vel sordidi continetur. Crinagoram affero, qui in A. P. VII, 636. 1: *ποιμὴν ὦ μάκαρ, εἴθε κατ' οὔρεος ἐπροβάτευον || κἠγὼ, ποιηρὸν τοῦτ' ἀνὰ λευκόλοφον || κριούς τ' ἀγρητῆρας ἰδὼν βληχητὰ βιβάζειν* [9]). Theocritum spectavit (I, 87): *ᾡπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται*, qui anonymum quoque poëtam (A. P. IX, 317. 3) ad imitandum invitavit: *τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα. τοὶ δὲ τραγίσκοι || εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τὰς χιμάρας ἐβάτευν.* cui verisimile est et hunce locum et Theocrit. V, 41 obversatum esse, quo Comatas pastor: *ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες. αἱ δὲ χίμαιραι || αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.* Oblectamenta igitur pastorum, qualia Theocriti idylliis exhibentur, epigrammatis saepius repetuntur. Ita quidem Cyrus (A. P. IX, 136. 1): *αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε* [10]) || *δασύτριχα μῆλα νομεύειν || ὥς κεν ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος ἢ ὑπὸ πέτρης || συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.* et colorem et verba ad Theocr. VII, 86 accommodavit: *αἴθ' ἐπ' ἐμεῦ ζωοῖς ἐναρίθμιος ὤφελες εἶμεν || ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας || φωνᾶς εἰσαΐων, τὺ δ' ὑπὸ δρυσὶν ἢ ὑπὸ πέτραις || ἁδὺ μελισδόμενος κατεκέκλισο, θεῖε Κομᾶτα.* Quid igitur mirum quod etiam *αἶγες διδυματόκοι* in proverbii consuetudinem abierunt? Nam ex Theocrito (I, 25; VIII, 45) hoc epitheton duxerunt Philippus in epigrammate toto fere ad Theocritum composito (A. P. VI, 99. 5). Longus (pastoral. II, 34). Eustathius Macrembolita (erotic. IV, 6. 2). Huc „gemelliparus“ Ovi-

---

9) Me iudice recte Jacobsius, anthologiae sospitator candidissimus, versus lectionem vulgatam emendavit, cf. etiam Heinsii lect. Theocrit., cp. 4.

10) Hoc versus initium Nonnus frequentabat, quod e Cyro manifesto expressum esse Meinekius ad Mosch. VIII censuit. Duebnero autem (edit. Didot. II, p. 177) Cyri verba e Nonnianis profecta esse videntur. Quae res non est mei iudicii, quoniam de Cyro poëta eiusque temporibus quaestiones propter fontium obscuritatem vix unquam solventur.

dianum (met. VI, 315 fast. V, 542) referendum esse nuperrime docuit L. Scheibius (de sermonis Ovidiani proprietatibus quales in metarmophoseon libris perspiciuntur, p. 11)[11]).

Iuvabit Anyten asserere quae (A. P. IX, 745. 1) cum diceret: *θάεο τὸν Βρομίου κεραὸν τράγον* manifesto Theocritum respexit (I, 4 epigr. I, 5). Similiter in Erycii Cyziceni epigrammate (A. P. VII, 174. 3) *κερααὶ βόες* Theocriti (carm. XXV, 17. 123) nobis occurrunt. *κεραός* autem ἐπιθετικῶς apponitur apud Homerum solis cervis (*Γ* 24) atque ovibus (*δ* 85) fefellitque Futhium (de Theocriti, poëtae bucolici, studiis Homericis, p. 10) opinio, cum epitheton a Theocrito surreptum esse Homero diceret. Anyte enim, ut saepius epitheta Theocritea repetivit cf. anth. Planud. 228, 2 *ἁδύ τοι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις* (Theocr. VII, 9), ita quae ab aliis poëtis egregie dicta sunt, in suum usum vertit. Exemplum eiusmodi imitationis obiter tangam. Habet enim in A. P. VII, 724. 4: *ὡς ἔθανες πρὸ φίλας μαρνάμενος πατρίδος,* quem versum ex Tyrtaeo (frg. 10 Bergk.) formavit. Nec vero Erycii Cyziceni industria spernenda est, quippe quem in A. P. IX, 558. 2 verbi *φριμάσσεσθαι* usum Theocriteum, quo (cf. V, 141) hircorum balatus significatur, observasse non inepte conicitur: alias enim de canibus latrantibus, equis, ferocientibus, hominibus superbientibus usurpatur cf. Villoison. ad Long.

---

11) Nonno quam sint familiaria adiectiva in — *τόκος* cadentia demonstraverunt A. Ludwich, Beiträge zur Kritik des Nonnos von Panopolis, p. 104. L. Schwabe, de Musaeo Nonni imitatore, p. 40. Idem ego in Ioannis Gazei, Nonni sectatoris acerrimi (G. Hermann. ad Orph., p. 690) ecphrasi observavi: *ἀμαλλοτόκεια* (II, 31). *διδυμητόκος* (II, 34). *ἐρωτοτόκος* (II, 273). *θυελλοτόκος* (I, 248). *μογοστόκος* (I, 88; II, 17). *ὀνειροτόκος* (II, 288). *ὀμβροτόκος* (II, 113). *ῥοητόκος* (II, 311). Gregorius Nazianzenus usurpavit: *ἀριστοτόκος* (A. P. VIII, 135. 4. Op. II, p. 1150). *ἀρτιτόκος* praebent praeter Nonnum: Eustath. Macremb. I, 5. 3. Thymna (A. P. VII, 729. 3). Polyaenus Sardianus (A. P. IX, 1. 1). Tiberius Illustrius (A. P. IX, 2. 1). Frequentasse scriptores ecclesiasticos vocem *χριστοτόκος* Benedictus Hasius in Stephani thesauri Graeci tom. VIII sp. 1690 demonstravit.

p. 53. Nec Diotimum Cyclopis, amoris furore prorsus perturbati, oves fugerunt, apud Theocritum ultro [12]) e pastu reduces: A. P. VII, 173. 1: *αὐτόμαται δειλαὶ ποτὶ τ᾽ αὔλιον αἱ βόες ἦλθον* ‖ *ἐξ ὄρεος*. Theocr. XI, 12: *πολλάκι καὶ ὄϊες ποτὶ τ᾽ ὦὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον* ‖ *χλωρᾶς ἐκ βοτάνας*. atque etiam Agathias Theocriti memorem se praestitit, cum in A. P. VI, 32. 3 scriberet:

Theocr. VII, 15.	Agathias (A. P. VI, 32. 3).
ἐκ μὲν γὰρ λασίοιο δασύτριχος εἶχε τράγοιο	*Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς*
κνακὸν δέρμ᾽ ὤμοισι νέας ταμίσοιο ποτόσδον.	*κνακὸν ὑπηνήτην τόνδ᾽ ἀπέθηκε τράγον.*

Sed quanto Theocritus studio pastorum Siculorum religionem vulgarem observaverit observatamque carminibus adumbraverit, nihil melius demonstrare videtur quam Pan *αἰγιβάτης* (epigr. V, 6). Quamquam enim Graeci Panem velut armentorum fertilitatis patronum colebant (Welcker, griechische Götterlehre II, p. 661) tamen ne Lucianus quidem, quem omnia in deorum imaginem quam maxime depravandam contulisse nemo negabit, simili rusticitate utebatur, cum (dial. deor. XXII, 4) Mercurium tanquam per ironiam hoc crimen Pani exprobrantem fingeret. Ita factum est ut essent qui huius modi obscenitate haesitantes emendandique periculum facientes pro *αἰγιβάτης* proponerent *αἰγιπόδης*. Sed falso eos coniecisse, et ex Nicarchi Pane *αἰγιβάτῃ* (A. P. VI, 31. 1) et *χιμαιροβάτῃ* (A. P. VI, 35. 1) Leonidae Tarentini luculenter apparet. Gravissimum autem testimonium illi neglexerunt, cum statuam, quae ad Siculorum agrestem illam opinionem illustrandam multum valeat, praetermitterent (Gerhard und Panofka, Neapels

---

12) *αὐτός* sive ipse i. e. nullo ducente haud raro ita adhibetur. Cf. Dorvill. miscellan. observat. III, p. 372. G. Hermann. ad Viger., p. 733 edit. III. Astius ad Plat. legg. 406. Passow. ad Tacit. German. p. 60. K. Reisig, Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft, p. 364, not. 369.

antike Bildwerke. Zimmer der phallischen Gegenstände Nr. 14. I, p. 461). Haud scio an Panis „caprarum mariti“ obscuro quodam modo recordentur qui nunc Graeciam incolunt, cum „λάβωμα“ esse opinentur quod μαρκαλάει τὰ γίδια (B. Schmidt, Volksleben der Neugriechen I, p. 156).

Atque haec quidem hactenus. Nam quamquam ex infinita exemplorum copia unum tantum alterumve delibavi, tamen satis demonstrasse mihi videor, epigrammatum illos scriptores ex Theocrito, in quo lectitando multum versati sint, in pastorum vita ac consuetudine depingenda plurima petiisse. Quod eodem iure de eis imitationibus affirmari potest, quae ad piscatorum vitam illustrandam spectant.

Exstat apud Athenaeum (VII, p. 284), unde commemoratum est ab Eustathio ad Hom. Iliad. 1067, 41 carminis fragmentum, quo poëta Berenicen, Ptolomaei I uxorem[13]) Ptolomaei Philadelphi Arsinoësque matrem[14]), laudibus efferre studuit. Illud vero poëma veteribus non fuisse ignotum, inde perspicue apparet, quod, piscator (v. 2) ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωή ab imitatoribus plus semel repetitur. Nam Antipater Thessalonicensis (A. P. VII, 287. 7) similiter de piscatore: ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων || ζωήν. similiter Leonidas Tarentinus (A. P. VII, 295. 1): Θῆριν τριγέροντα τὸν εὐάγρων ἀπὸ κύρτων || ζῶντα. Quibus cum locis conspirat versus Tullii Laureae (A. P. VII. 294. 1): Γρυνέα τὸν πρέσβυν, τὸν ἁλιτρύτου[15]) ἀπὸ κύμβης || ζῶντα. Iuliani e praefectis Aegypti (A. P. VI, 25. 6) . . . ἐπεὶ Κινύρου ταῦθ' ὅλος ἔσκε βίος. cf. etiam Mosch. V, 9. Boissonad. ad Nicet. Eugen. I, 103 (p. 40). Ut vero

---

[13]) Rey, dissertation sur Bérénice in mém. des antiq. de France 1835, tom. XI, p. 235 sq. Droysen, Geschichte des Hellenismus[2] II, 2. p. 94, not. 1.

[14]) Droysen II, 2. p. 236, not. 2. J. Hauler, de Theocriti vita et carminibus (1855), p. 21.

[15]) ἁλίτρυτος (Etym. M. p. 65, 14. ἁλιτρύτου ... ἐν θαλάσσῃ καταπονηθέντος) praebet primus Theocritus (I, 15), tum habent hoc adiectivum Tullius Laurea (l. l.) et Nonnus (metaphr. ev. Ioh. 21).

apud Theocritum (XXI, 7) piscatores finguntur *στρωσάμενοι βρύον αὖον ὑπὸ πλεκταῖς καλύβαισι*, ita Leonidas Tarentinus (A. P. VII, 295. 7) *καλύβην* piscatorum *σχοινῖτιδα* commemorat, is qui eiusdem carminis v. 20 *ἐκ βλεφάρων δέ || ὕπνον ἀπωσάμενοι* satis accurate observavit, cum scriberet (A. P. VII, 726. 1): *ἑσπέριον κ' ἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον.*

Artiore quodam vinculo ad pastorum piscatorumque vitae eorumque morum descriptionem apud Theocritum naturae suavissima quaedam interpretatio adiuncta est. Sed qui eum sectabantur poëtae [16]) magis sese ad singulos versus composuerunt quam ut quae ab illo egregie adumbrata sint, fusius uberiusque ornare studerent. Ita tum potissimum eius vestigia sequuntur cum de cicada eiusque stridore agricolis iucundissimo verba facit. Conferas igitur inter se hosce versus:

Theocr. VII, 138.	Agathias (A. P. V, 292. 3).
τοὶ δὲ ποτὶ σκιαραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες *τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον. ἁ δ' ὀλολυγὼν* *τηλόθεν ἐν πυκιναῖσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις.*	*ἐνθάδε δὲ κλάζουσιν ὑπὸ σκιεραῖς κυπαρίσσοις* *καὶ λιγυρὸν βομβεῦσιν ἀκανθίδες· ἡ δ' ὀλολυγὼν* *τρύζει, τρηχαλέαις ἐνδιάουσα βάτοις.*
Theocr. V, 47.	Gregor. Nazianz. op. II, p. 468:
ταὶ δ' ἐπὶ δένδρει *ὄρνιχες λαλαγεῦντι*	*αὖραι δὲ ψιθύριζον ἅμ' ὀρνίθεσσιν ἀοιδοῖς* *καλὸν ἐπ' ἀκρεμόνων κῶμα χαριζόμεναι.* . . . . *οἱ δ' ἀπὸ δένδρων*
Theocr. XVI, 94.	*στηθομελεῖς, λιγυροί, ἠελίοιο φίλοι,*

16) Epigrammatum scriptores quae nunc anthologiae libris continentur, quantam in naturam illustrandam vim adhibuerint, Alexander de Humboldt (Kosmos II, p. 13) egregiis quibusdam exemplis luculenter explicavit.

ἡνίκα τέττιξ	τέττιγες λαλαγεῦντες ὅλον κατεφώνεον ἄλσος. Antiphilus (A. P. IX, 71. 4).
ποιμένας ἐνδίους πεφυλαγμένος· ἐνδόϑι δένδρων ἀχεῖ ἐν ἀκρεμόνεσσιν.	οἰκία τεττίγων, ἔνδιοι ἀκρεμόνες. Theaetetus Scholasticus (A. P. X, 16. 3).
	ἤδη ἐπ' ἀκρεμόνεσσιν ἰσοζυγέων κυπαρίσσων μουσομανὴς τέττιξ ϑέλγει ἀμαλλοδέτην.

Caprarius igitur Theocriteus (I, 148) nihil dulcius novit quam cicadae cantum ideoque Thyrsidem praedicat: *τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερον ᾄδεις*. Quem ad versum Meinekius de Theodori imitatione (Boissonad. anecdot. V, p. 380) monuit. Hinc Longus (past. I, 23, 1) *ἡδεῖα μὲν τέττιγος ἠχή*. *Αἰπόλος* vero, cum pergeret (I, 149): *ἠνίδε τοι τὸ δέπας. ϑᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει ‖ Ὡρᾶν πεπλύσϑαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκησεῖς* sua subministravit et Rhiano (A. P. XII, 38. 1). *Ὧραί σοι Χάριτές τε κατὰ γλυκὺ χεῦαν ἔλαιον.* et Diodcro (A. P. V, 122. 3) *κἢν στίλβῃ Χαρίτεσσι λελουμένος.* Constantin. Manass. IX, 71.

Alterum huiusmodi imitationis exemplum Leonidae Tarentini epigramma praebet (A. P. X, 1) quo non sine artificio cum epitheta Theocritea repetita sunt tum eius versus perstringuntur: *ὁ πλόος ὡραῖος· καὶ γὰρ λαλαγεῦσα χελιδὼν ‖ ἤδη μέμβλωκεν, χὠ χαρίεις Ζέφυρος ‖ λειμῶνες δ' ἀνϑεῦσι, σεσίγηκεν δὲ ϑάλασσα.* Nam *λαλαγεῦσα χελιδών* sine dubio e Theocr. V, 47 ducta est itemque verba *λειμῶνες ἀνϑεῦσι* Theocriteum: *λειμῶνες ϑαλέϑουσι κτλ.* in memoriam revocant (XXV, 16) unde etiam *σεσίγηκεν δὲ ϑάλασσα* fluxit. Nam cum Theocritus suavissime (II, 38) naturam conquiescentem describat: *ἠνίδε σιγῇ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἆηται* id non modo Leonidas suum fecit sed etiam Dionysius (Brunck, anal. II, 253. 2) *ὤρεα, τέμπεα σιγᾶτε ‖ γῆ καὶ πόντος καὶ πνοαί.* Quid? si Paulo Silentiario (A. P. VI, 168. 6) dicenti: *ἄρτι καὶ ἐξ ὕλας πάγχυ*

λιπόντα βάθος obversabatur Theocr. VIII, 49: ἆ βάθος ὕλας || μυρίον (cf. Jacobs. ad Achill. Tat. VIII, 6 animadvers. p. 944), si ne apium quidem epitheton, ab aliis poëtis nunquam usurpatum, spoliatorum industriam fugit, nonne id luculento putas esse testimonio, quantum illi in lectitandis Theocriti idylliis eorumque locis singularibus versati sint? Nam ξουθαὶ μέλισσαι de quibus Theocr. VII, 142: πωτῶντο ξουθαὶ περὶ πίδακας ἀμφὶ μέλισσαι et apud Platonem [17]) nobis occurrit (anth. Planud. 210, 6) et in Gregorii theologi carmine (op. II, p. 476): ξουθὴ δ' αὖτε μέλισσα. Obiter autem Leonidas qui λειμώνια φύλλα (A. P. VII, 657. 7) e Theocr. XVIII, 39 deprompsit, in anthologiae Planudeae epigr. 230, 4: παρ κείνᾳ ποιμενίᾳ πίτυι Theocritum attigisse videtur, apud quem caprarius (I, 22) Thyrsim eo in loco sedem obtinere iubet ἆπερ ὁ θῶκος || τῆνος ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες. Apertam imitationem in incerti poëtae epigrammate (A. P. IX, 380. 2) legimus hance: τολμῶεν δ' ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν, qui Theocriti bene recordatus est, eiusmodi formulas e natura petitas saepius adhibentis cf. I, 136 κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο V, 136 οὐ θεμιτὸν Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδεν || οὐδ' ἔποπας κύκνοισιν (A. P. IX, 380. 1: εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν). V. 92 ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κυνόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα || πρὸς ῥόδα. (Rufin. in A. P. V, 28. 6: ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι A. P. XI, 53, quo epigrammate similiter βάτος et ῥόδον inter se opponuntur: Eustath. I, 4. 2. Nicet. Eugen. IV, 306. Naekii opusc. I, p. 166.) Eiusmodi comparationibus poëtas Latinos delectatos esse, Lucr. III, 7. Verg. ecl. VIII. 55. Pers. prolog. ad sat. v. 13 docent.

---

17) Hinc apparet, recte contendisse quicunque Platonem epigrammatarium alium esse censerent alium philosophum (Haenel, de epigrammatis Graeci histor. spec. I, p. 19).

III.

Theocritus cum primus bucolicam quam ferunt poësin in litteras induceret, fieri non potuit, ut amoris delicias carminibus popularibus satis saepe celebratas neglegeret vel praetermitteret, quoniam acerrimo studio id consectabatur, ut in pastorum vita illustranda totum sese integrae rerum naturae addiceret. Quae descriptiones quomodo iam veteribus arriserint, imitationum copia luculenter demonstrari potest, quae cum apud poëtas eroticos leguntur, tum in epigrammatis Graecis bene multae inveniuntur. Eorum enim poëtae cum plerique simplici quadam doctrina instructi poëtico ingenio carerent neque efficere possent ut (quod epigrammatis brevitate postulatur) grave quoddam praeceptum ad vitam recte instituendam utile, quo in lectorum animis aculeus quasi relinquatur, in commodam formam redigerent, apicularum more ex aliorum floribus sucum delibabant *ἅπαντα καὶ κάλλιστα ἀπανθισάμενοι.* Ita igitur inter se contendebant *ἀναλέξασθαι καὶ ἀναπλέξασθαι καὶ ἁρμόσασθαι ὡς μὴ ἐπᾴδειν θάτερον θατέρου* (Lucian. pisc. 6) ipsoque hoc in certamine si lubenter in Theocriti idylliis acquiescebant, eam ob causam vix mirum esse videatur quod eius carmina in amore describendo et dulcedinis et nativitatis exemplis egregiis abundant. Atque ea quidem in re nescio an nemo felicior fuerit M e l e a g r o Gadareno *στεφάνου* conditore imitatorum veterum maxime studioso.

Quod ut verum esse concedas, pauca sufficiat exempla afferre. Nam cum (A. P. V, 179. 3) in verbis: *τί μάταια γελᾷς καὶ σιμὰ σεσηρώς || μυχθίζεις; τάχα ποῦ σαρδάνιον γελάσεις* ad colorem Theocriti (XX, 13) se accommodaret: *χείλεσι μυχθίζοισα καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέποισα || καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρός || καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν* id tantum mutavit, ut risum Sardonium [1]) pro ambagibus Theocriteis poneret. Illam enim Theocriti descriptionem fuisse celeberrimam, apparet etiam imitationibus, quae sunt apud Damagetam in anth. Planud. 95. 3: *ὄμμα βαλόντες λοξόν.* et Eratosthenem scholasticum in A. P. V, 242. 7: *ἡ δὲ λέγει γελάσασα. καὶ ἀνέρα λοξὸν ἰδοῦσα.* Atque etiam locutiones Theocriteas accurate observavit, quibus si par erat epigrammata exornare studuit, haud ingratam carminum omnium sermone tritorum memoriam excitaturus. Nam neque illud: *Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας* (VII, 55) cum scriberet: *ὀπτᾶσθ' ἐν κάλλει* (A. P. XII, 92. 8) nec verba: *ὑπὸ σπλάγχνοισιν* (Theocr. VII, 99) eum fugerunt (A. P. XII, 65. 3). Amantissimum enim eum fuisse eorum dictorum quae in proverbii consuetudinem abierant doctosque apud viros quasi *ἔπεα πτερόεντα* usu trita circumferebantur, ex A. P. V, 191, 1 luce clarius perspicitur, quo versu quod invocavit: *ἄστρα, καὶ ἡ φιλέρωσι καλὸν φαίνουσα Σελήνη* Theocriteum: *ἀλλὰ Σελάνα || φαῖνε καλόν* (II, 10) tetigit. Subministravit etiam Theocritus incerto poëtae (A. P. V, 205. 1) verba: *Ἴυγξ ἡ Νικοῦς ἡ καὶ διαπόντιον ἕλκειν || ἄνδρα . . . ἐπισταμένη*, quibus antiquissimum illud carmen magicum attingitur, quod per Theocriti „veneficam" iterum atque iterum repetitur. Ex idyllio XXIII autem Meleager verba petivit (v. 46): *γράψον καὶ τόδε*

---

1) Risus enim Sardonius (*σαρδάνιον* legitur apud Homerum *v.* 302) proverbio tritus erat: Cic. epist. ad fam. 7, 25. E. Miller, mélanges de littérature grecque, p. 356. cf. etiam R. Volkmann, quaest. epic., p. 125. Gross in „Blätter für baier. Gymnasialwesen", tom. IV (1868), p. 358. In proverbio quoque *γέλως Μεγαρικός* (O. Müller, Dorier II, p. 349 atque Aiacis risus erant (Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 303).

γράμμα || . . . *τοῦτον Ἔρως ἔκτεινε*, quae sua reddidit in A. P. XII, 74. 4: *ἐπιγράψας* || *Δῶρον Ἔρως Ἀίδῃ*. repetivitque paulo mutata (A. P. XII, 19a. 4. A. P. V, 215. 6): *εἰ καὶ ἐμὲ κτείναις, λείψω φωνεῦντ' ἐπὶ τύμβῳ* || *γράμματ'· Ἔρωτος ὅρα, ξεῖνε, μιαιφονίην*. cf. Dorvill. ad Charit. p. 496.

Atque haec quidem hactenus de Meleagro. Nec tamen unus exstat in hoc imitandi certamine. Nam etiam Strato, qui Callimachi quoque aemulus erat [2]), memor est Theocriti amoris lusum egregie celebrantis. Nam cum in A. P. XII, 175. 3 interrogaret: *τίς γὰρ ἀνὴρ ἐς ἔρωτ' ἀδαμάντινος;* haud dubie Theocrito id suffuratus est (III, 38): *καί κέ μ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐντί* (cf. Rufin in A. P. V, 41. 2. *τίς ψυχὴν λιθίνην εἶχε;*) similique modo ex Theocrito (XXIII, 28) hosce versus composuit, verborum architectus haud spernendus:

Theocr. XXIII, 28.	Strato (A. P. XII, 234. 1).
καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει [3]).	*εἰ κάλλει καυχᾷ, γινώσχ' ὅτι καὶ ῥόδον ἀνθεῖ*
καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ	*ἀλλὰ μαρανθὲν* [3]) *ἄφνω σὺν κοπρίοις ἐρίφη.*
λευκὸν τὸ κρίνον ἐστί, μαραίνεται ἁνίκα πίπτει	*ἄνθος γὰρ καὶ κάλλος ἴσον χρόνον ἐστὶ λαχόντα.*
ἁ δὲ χιὼν λευκά, καὶ τάκεται ἁνίκα παχθῇ	*ταῦτα δ' ὁμῇ φθονέων ἐξεμάρανε χρόνος.*
καὶ κάλλος καλόν ἐστι τὸ παιδικόν, ἀλλ' ὀλίγον ζῇ.	

---

[2]) cf. C. Dilthey, analect. Callimach., p. 6. 31, not. 39. Callimach. Cydipp. p. 6. Ind. lect. Gottingens. hibern. 1878, p. 13.

[3]) Rosa ac viola (Nicandr. Theriac. 900. Charit. II, 17) sive lilium (Auson. idyll. 7, 5. Martian. Capell. 7, 9 pass.) saepe inter sese apud veteres poëtas iunguntur. Plerumque autem ad marcescendi imaginem oculis quasi subiciendam rosa usurpatur (V. Hehn, Kulturpflanzen und Hausthiere in ihrem Uebergange aus Asien nach Griechenland und Italien, p. 217). Nam cum rosa mortuis sacra esset (Dissen. ad Pindar. Pyth. V, p. 258) facillime declarari potest, qui factum sit, ut veteres

Neque huius descriptionis venustas Constantinum Manassem fugit, cum scriberet (VII, 13): *ταχὺ τὸ κάλλος ὑποῤῥεῖ, μαραίνεται τὸ ῥόδον || καμπόβρωτον τῆς ὄψεως τὸ φύλλον χρηματίζει || θάψος τὸ κρίνον γίνεται, σποδὸς τὸ λάμπον ἄνθος.* Nam utriusque loci similitudinem ipso sensu satis perspicuam verbique *μαραίνεσθαι* testimonium gravissimum ut plane omittam, quis est quin, cum legat: *τὸ κάλλος ὑποῤῥεῖ* Theocriti meminerit (VII, 121) dicentis: *τό τοι καλὸν ἄνθος ὑποῤῥεῖ* (cf. A. P. XII, 39. 1).

Sed progrediamur ad alios poëtas, quorum agmen ducat Marcus Argentarius, qui quod Theocritus carmine undecimo Polyphemi exemplo haud illepide docet (v. 1): *οὐδέν ποτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο κτλ.* respexisse videtur, cum dicat (A. P. V, 116. 3): *οἶδα διδάξαι || φάρμακον ᾧ παύσεις τὴν δυςέρωτα νόσον.* An id sibi proposuerat, ut quod Aeschines amoris plenus quaerit (XIV, 52): *χ' ὤτι τὸ φάρμακόν ἐστιν ἀμηχανέοντος ἔρωτος || οὐκ οἶδα* ad id tanquam responsum verba illa rescriberet? Id quidem constat, utrumque versum non modo ab epigrammatariis verum etiam a scriptoribus eroticis imitatione expressum esse. Macedonius quidem eos respexit, qui in A. P. V, 225. 3 sententiae Theocriteae Machaonis medici (Hom. Δ 218) speciem mythologicam admiscuit: *εἰμὶ γὰρ ἐκ κακότητος ἀμήχανος οὐδὲ Μαχάων || ἤπιά μοι πάσσει φάρμακα δευομένῳ.* cf. Mosch. IV, 19. Long. II, 77. Charit. VI, 3. 7. Heliodor. p. 104, 6.

---

e frondibus floribusque (Passeri pictur. Etrusc. in vascul. III, 271. Fr. Creuzer, alt-athen. Gefäss mit Malerei und Inschrift [1832], p. 42. Millin, tombeaux de Canosę 12. 13. Millingen, peintures antiques de vases grecs de la collection de Sir J. Coghell. 26. Lenormant et de Witte, élite des monuments céramographiques IV, 88. Gerhard, apul. Vasenbilder 1683. H. O. Lenz, Botanik der Griechen und Römer, p. 183), quibus sepulcra ornare solebant, rosam potissimum eligerent (Bötticher, Baumkultus der Hellenen, p. 458. E. Schulze, de vasculo picto et Amazonis pugnam et inferiarum ritus repraesentante, p. 9, not. 88). Eam enim cum ex Adonidis sanguine effloruisse putarent (Philostrat. ep. 1. 3, p. 343. Kays. Procop. ep. p. 431. Bion. I, 66) velut vitae brevitatis symbolum augurabantur.

Aristaenet. I, 15. Nicet. Eugen. IV, 377. Nonn Dionys. XI, 358 [4]). Celeberrimi sunt Theocriti versus, quibus Polyphemus Galateam imaginibus e pastorum vita petitis praedicaturus lepidissime fingitur: ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ || λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν (Theocr. XI, 20). Redeunt haec apud Antipatrum Thessalonicensem (A. P. IX, 567. 6) cum Antiomedae mimae suavitatem effert: ἦν γὰρ ὅλη τοὐν ταλάροισι γάλα. apud Rufinum (A. P. V, 60. 2) χρῶτι γαλακτοπαγεῖ Nonnum (Dionys. XI, 377: καὶ δέμας εἶχε γάλακτι πανείκελον cf. Ovid. met. XIII, 37. Mart. VIII, 64. 8. Saepius a poëtis puellularum pulchritudo ut lacte candidiorum, splendidiorum rosis describitur: cf. Boissonad. ad Nicet. Eugen. I, 147, p. 49. Rohde, griech. Roman, p. 153, not. 2. Comparantur etiam puellae cum pomis rubescentibus: Theocr. VII, 117; XXIII, 8. Plat. in anth. Planud. 210, 2. Zonas (A. P. IX, 556. 4 [de Daphnide]). Seiler. ad Long. I, 23 [5]). De oculis amoris cupiditate coniventibus Theocritus primus usurpavit κυλοιδιᾶν: I, 38: οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος || δηθὰ κυλοιδιόωντες i. e.: cavitates oculorum, quae palpebris subsunt, tumidas habentes. (Ita recte verba vertit J. Rumpelius in lex. Theocrit. s. h. v. p. 159.) Qui locus nescio an

---

[4]) Poëtarum latinorum qui similia saepe proferebant (Propert. I, 5. 28: cum mihi nulla mei sit medicina mali. Tibull. II, 3. 13: nec potuit [sc. Apollo] curas sanare salubribus herbis. || quicquid erat medicae, vicerat artis amor. Ovid. met. I, 523: ei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis. heroid. V, 149: me miseram, quod amor non est medicabilis herbis) Goethius fortasse meminit, cum scriberet (Alexis und Dora): „Heilen könnet die Wunden ihr nicht, die Amor geschlagen." Quod vix contenderem, nisi quantam ille lyricorum Romanorum notitiam amplecteretur, egregie nuper demonstrasset Hellerus (annal. philolog. tom. LXXVIII, p. 351 sq.).

[5]) Neque a nostris poëtis, qui quidem rariores quasdam et exquisitiores describendi notationes aucupati sint, haec comparatio aliena est: Fischart (Gargantua 205 b): „zerspielt ihnen die ‚Apfelwangen' und Kiefer". Jean Paul (Hesperiden II, 199): „Klotilde, auf deren Wangen er bisher die Apfelblüthen der Gesundheit auf Kosten seiner Seele gesehen."

Rufino obversatus sit, qui ipsis verbis leniter mutatis in A. P. V, 87. 4 ait: *καὶ κοῖλαι βλεφάρων ἰοτυπεῖς βάσιες.* Qui cum poneret: *ἰοτυπεῖς* (sagittis sc. amoris icti) fortasse Theocriteum „*ὑπ' ἔρωτος*“ exprimere voluit, cum vero scriberet „*κοιλαὶ βάσιες*“ nihil fecit, nisi ut verbum Theocriteum adumbraret cf. schol. ad Theocr. I, 38: *τὰ κύλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς.* Hesych. s. v. *κύλα. τὰ ὑποκάτω τῶν βλεφάρων κοιλώμενα.* Schol. ad Nicandr. alexipharm. 478: *κυλοιδιόωντος· τοὺς ὀφθαλμοὺς διοιδοῦντος καὶ κοίλους ἔχοντος. κοῖλοι γάρ* (O. Schneider, Nicandrea II, p. 103). Nam *κυλοιδιᾶν* nihil esse nisi *κοιλοιδιᾶν* statuit iam Ruhnkenius ad Timaeum, p. 169 neque ad hunc diem viri doctissimi dissentiunt, cum *κοῖ-λος* revocent ad *KY* radicem [6]) (G. Curtius, griech. Etymologie [5], p. 157). Verum etiam Heliodorus (Aethiop. 104, 21) cum puellulae delicias describeret, Theocritea petivit.

Nec tamen desunt loci, quibus perspicue cognoscas, quantopere attenuate dicta a Theocrito saepius excussa imitatoribus arriserint, quippe quae in epigrammatis indolem exornandam perquam apta videantur. Nihil enim presse, nihil

---

[6]) Fuerunt qui ad verbi notionem enucleandam *ὑγρὸν* amoris *πόθον* (hymn. Hom. IX, 33) a poëtis saepe laudatum afferrent cf. Meleagr. A. P. XII, 68. 7: *γλυκὺ δ' ὄμμασι νεῦμα δίυγρον.* Leonid. Tarent. anth. Planud. 306, 3: *ὡς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκώς.* Nicetas Choniates in Banduri antiquit. Cpol. 6, p. 317. *Δροσώδης ὁρωμένη κἂν τῷ χαλκῷ καὶ ὑγραινομένη πρὸς ἔρωτα.* Neque iniuria. Nam constat, Venerem a Graecis *ἐπιθετικῶς* vocatam esse *ὑγράν* i. e. oculis suavitatem libidinemque amoris appetentibus praeditam: Anacr. 28. Lucian. imag. 6 (Winckelmann, Werke IV, 114; VII, 120. Overbeck, Geschichte der griech. Plastik II, 34 sq.). Quod apud Romanos „paeta“ Venus vocatur (Varro [de nomismatis] apud Priscian. I, p. 209, 11 Hertz. Priap. 36, 4, quo loco „paeta“ recte dederunt Buecheler. in Petron. Arbitr. rell., p. 116. Baehrensius in poët. lat. min. I, p. 69. L. Muellerus in append. Catull. p. 104 cf. etiam Heins. ad Ovid. art. amat. II, 659) hoc quoque epitheton cum graeco congruit. Exhibetur enim Philoxeni glossa: paetus: *μύωψ τοῖς ὄμμασι* ad quam Cruquii comment. ad Hor. serm. I, 3, 45 sententia bene quadrat: „paetus est qui est oculis leniter declinatis cuique huc atque illuc tremuli celeriter volvuntur“.

enucleate dictum venatores istos impigerrimos fugit qui plerique ossa non sanguinem surripiebant. Iure igitur R. Ungerus in programmatis Neobrandenburgensis cui inscripsit: „Beiträge zur Kritik der griechischen Anthologie“, p. 31, cum Leonidae Tarentini epigrammatis in A. P. V, 188. v. 5 tentare conaretur: *χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρόν. — ἔοικεν θνητὸς ὁ δαίμων || τίσομαι.* Theocriti meminit, qui in carm. X, 17 verba profert: *εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν.* de quibus scholiasta (Ahr. II, p. 317. 25): *παροιμίαι εἰσὶ τό. εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν . . . τὸ δέ· εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν· λέγεται ἐπὶ τῶν διδόντων δίκην τῆς ἁμαρτίας,* sed erravit, cum *τίσομαι* adiungeret ad verba *χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρόν.* Rectius de hoc loco iudicavit N. Piccolos (Supplément à l'anthologie Grecque, Paris 1853, p. 10), quem Ungeri sententia plane fugisse videtur, cum dicat: „il me semble que le poète fait ici allusion au proverbe: *εὗρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν* (v. les scolies sur la 10ᵉ idylle de Théocrite v. 17) dont il reverse les termes. Ainsi je lirais: *χ' ὡ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἔχω.*“ Is igitur quamquam ad veritatem propius accessit, tamen proverbii morem ita neglexit, ut verbum *ἔχω* in textum recipi vellet. Est autem Graecis poëtis moris ut tum potissimum verbum praetermittant cum aut per euphemismum obscenum verbum reticere volunt (cf. Valkenaer. ad Theocr. I, 105) aut proverbia easque dicendi formulas ponunt, quae in proverbiorum quasi consuetudinem abierunt (Bernhardy, wissensch. Syntax der griechischen Sprache, p. 351). Quae cum ita sint, loci difficultatem facillime expediri puto, si Duebnero duce (in edition. Didot. I, p. 140) primum quidem eum proverbii a Theocrito laudati memorem, nullum omnino verbum dedisse statuas, deinde autem Piccolosi sententiae adstipuleris cum dicat „il reverse les termes“ [7]). Quod quin factum sit, dubitari non posse putaverim. Proverbium Theocriteum Ammianus epigrammati intexuit (A. P. XI,

---

7) Emperius (opusc. ed. Schneidewin., p. 306) coniecit: *χὠ θνητὸς τὸν ἀλιτρὸν ἐγὼ χ' εἰ πτηνὸς ὁ δαίμων | τίσομαι.*

229. 1) si quidem Jacobsii sententiam probes qui eum ad nostra poëtae verba fecisse censet.

Sed progrediamur ad alias huiusmodi imitationes. Legitur in Theocr. XIV, 70 sententia: ποιῆν τι δεῖ, ἇς γόνυ χλωρόν, ex qua ortae sunt locutiones γόνυ χλωρόν (Eustath. opusc. 57, 22 παρὰ τῷ εἰπόντι· ἇς γόνυ χλωρόν). Suidas s. v. στεῤῥός. Eustath. ad Hom. Iliad. 812, 49 et passim. schol ad Aristoph. Acharn. 215) et γυίοις θαλέθειν (Philippus in A. P. VI, 102. 8. Jacobs. animadv. II, 2, p. 164). Vellem Arnoldius (von den griech. Studien des Horaz I, p. 20) cum Horatianum (epod. XIII, 4): „dum virent genua" ad Theocriteum illud referendum esse censeret, Laberii verborum meminisset ap. Macrobium saturn. II, 7 (incert. fab. I, p. 296 [2] Ribb.): cur cúm vigebam mémbris praeviridántibus.

Sed ut ad propositum redeat commentatio, quis est quin concedat, Macedonium (A. P. V, 245. 1) cum scriberet: κιχλίζεις (Theocr. XI, 78) χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα || ἥσυχά μοι νεύεις memorem fuisse Theocr. II, 100: κἤπεί κά νιν ἐόντα μάθῃς μόνον, ἅσυχα νεῦσον. Nam pusillas hasce notas a poëtis accurate observatas esse, is non negabit qui ad amoris descriptionem Theocriteam animum advertat [8]). Ut enim ἔρως Theocriteus (III, 17) κατασμύχων καὶ εἰς ὀστίον ἄχρις ἰάπτει ita apud Paulum Silentiarium (A. P. VII, 31. 1) καὶ ἐπ' ἔσχατον ὀστεῦν urit [9]). Ita ludum

---

[8]) Rectissime Erwinus Rohde (griech. Roman, p. 154), vir de Graecorum narratione amatoria et ad fontes revocanda et subtiliter diiudicanda egregie meritus, statuit: „die Uebereinstimmung der späteren Erotik mit den Manieren der hellenistischen Erzählungsweise lässt uns diese als jener Vorbild erscheinen".

[9]) Quodsi ex exemplorum copia unum adicere licet, Ἔρωτος sive Ἐρωτύλου nomine iuvenes, puellularum delicias, primum apud Theocritum, saepius apud posteriores poëtas vocari videmus. Habes enim in idyll. III, 6: ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί, τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον || παρκύπτοισα καλεῖς τὸν Ἐρωτύλον; Quo loco Ἐρωτύλον falso mihi interpretatus esse videtur Meinekius [3], p. 214, cum non de parvo Amore hoc in-

illum amatorium, de quo caprarius *κωμάζων* (Theocr. III, 27) verba facit (cf. Grasberger, Knabenspiele bei Griechen und Römern I, p. 137. L. Becq de Fouquières, les jeux des anciens, leur description, leur origine, leurs rapports avec la religion, l'histoire, les arts et les mœurs [Paris 1869] p. 60). Agathiae obversatum esse videmus:

Theocr. III, 27.	Agathias (A. P. V, 296. 1).
ἔγνων πρᾶν ὄκ' ἔμοι γε μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με *οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξαμένῳ πλατάγησεν.*	*ἐξότε τηλεφίλου πλαταγήματος ἠχέτα βόμβος* *γαστέρα μαντῴου μάξατο κισσυβίου* *ἔγνων ὡς φιλέεις με.*

Illum autem si dixeris, haec invenisse, primum quidem te memorem esse velim, Agathiam eis ascribendum esse, qui permulta Theocrito debeant (cf. pag. 12, not. 1). Deinde veri vix simile videtur, sexto p. Chr. saeculo ludum illum eodem modo floruisse quo Theocriti temporibus. Immo non inepte conici

---

tellegendum esse censeret, sed idem esse contenderet quod *ἐρωτικός* i. e. perdite amans, verliebt. Sed deminutiva ista in — *υλος* sive — *υλλος*, doricum scilicet suffixum exeuntia (Gregor. Corinth. p. 281) saepe e deorum potissimum nominibus formantur. Accipe a scholiasta a. h. l. *Ἑρμύλος* ab *Ἑρμῆς*, cui respondet *Γοργύλος* a *Γοργώ*, *Διύλλος* a *Ζεύς, Διός, Διϝ*, quamquam non alia desunt nomina: *Ἥρυλλος* ab *Ἡρακλῆς*, *Ἴτυλος* ab *Ἴτυς*, *Θαρσύλος* a *Θάρσος*, alia multa quae congessit L. Schwabius de deminutiv., p. 33. 35. Ad morem illum amatorium Meleager quoque aspirat (A. P. XII, 78. 4) prospereque Xenophon Ephesius hunc usum fabulae initio intexuit: I, 16; cf. Eustath. erot. V, 10. 4. Nicet. Eugen. II, 85. Nonn. Dionys. X, 198. Quibus vicinum est, quod legimus apud Ovidium (met. IV, 320): tunc sic orsa loqui „puero dignissime credi || esse deus seu tu es, potes esse Cupido". Romani autem praeeuntibus Graecis (*Ἀφροδίτη*: Rohde, p. 156, n. 2 Haupt. in ind. lect. Berolin. hibern. 1871, p. 6. *Ἐρωτίς*: Theocr. IV, 59. Ross, die Demen von Attika, nr. 60. *Κύπρις* Theocr. XX, 44 (irrisione subaudienda) Synes. philosoph. in anth. Planud. 79, 1. Asclepiades sive Posidippus ibid. 68, 2) puellas quoque venustate splendidas Veneris nomine ornabant, cf. Vergil. eclog. III, 68. Senec. apocol. 8. Cic. epist. ad famil. IX, 26. C. I. L. II, 4415. 4382.

videtur, Agathiam de eo nihil accepisse nisi quae sunt apud Theocritum. Nam si etiam (A. P. V, 287. 1): *σπεύδων εἰ φιλέει με μαθεῖν εὐῶπις Ἐρευθώ* manifesto respexit Theocritea: *ἔμοιγε μεμναμένῳ εἰ φιλέεις με.* nonne imitationis vestigia satis aperta agnoscas? Ex tertio quoque idyllio Paulus Silentiarius (A. P. VI, 71. 1) verba duxit: *σοὶ τὰ λιποστεφάνων διατίλματα μυρία φύλλων* (Theocr. III, 21. *τὸν στέφανον τῖλαί με καὶ αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς*) qui cum scriberet (A. P. V, 252. 5): *στήθεα δ' ἐζεύχθω, τά τε χείλεα · τ' ἄλλα δὲ σιγῇ* || *κρυπτέον.* in more apud Graecos poëtas primo a Theocrito effecto instituit qui illud *εὐνῇ τε φιλότητι μιγῆναι*, quod plus semel in Homeri carminibus epica quadam simplicitate profertur, elegantiore modo adumbrare conatus est. Nec frustra. Nam subsequebantur plerique. Id enim, ut totam descriptionem inde a vers. 140 expressit, re leniter tantum mutata Marco Argentario obversabatur qui (A. P. V, 128. 3) *τὰ λοιπά* inquit *σιγῶ κτλ.* Nec vero ab hoc loco alienum videatur, eroticorum locos componere, qui tectam hanc descriptionem sequebantur: Longus (past. II, 11. 3) *ἴσως ἄν τι καὶ τῶν ἀληθῶν ἔπραξαν* Achilles Tatius (II, 10. 4): *ὡς δὲ καὶ ἐπεχείρουν προὔργου ποιεῖν*[10]) Eustathius (IV, 141) *καὶ πάλιν ἐφίλουν αὐτὴν καὶ πάλιν ξυνέθλιβον καί τι δρᾶν ἐρωτικώτερον.* Ac simili quodam modo accidit ut Theocritea (XI, 16) *Κύπριδος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον* (XIII, 71) *χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν* ad imitandum poëtas invitarent. Neque enim solum Macedonius (A. P. V, 224. 1) cum amorem obsecraret: *λῆξον Ἔρως κραδίης τε καὶ ἥπατος*, sed etiam Paulus Silentiarius (A. P. V, 262. 5) *μάτην δέ σου ἦτορ ἀμύσσου* Theocriti versus respexerunt. Graeci enim iecur amoris aliarumque animi perturbationum sedem esse arbitrabantur (Heindorf. ad Horat. sat. I, 9. 66. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 870. Boissonad. ad Nicet. Eugen. III, 249, p. 162). Quid igitur

---

10) Illud *προὔργου* quid sibi velit, plane perspexeris, si *ἔργον Ἀφροδίτης* (Achill. Tat. IV, 8. 2) in memoriam tibi revocaveris. Ita Venus *Πρᾶξις* appellata est: Welcker, die Trilogie Prometheus, p. 241.

mirum quod etiam Horatius has potissimum notas multis locis eundem fere colorem prae se ferentibus captavit? (Arnold l. l. p. 21 fin.) Is in carm. I, 26. 2: Musis amicus, tristitiam et metus | tradam protervis in mare Creticum | portare ventis. bene recordatus est Theocr. XXIX, 37: *αἰ δὲ ταῦτα φέρην ἀνέμοισιν ἐπιτρόπης*. XXII, 167 . . . *τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ᾤχετο κῦμα* || *πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο*. unde fluxerunt Quinti Maecii verba (A. P. V, 133. 4): *ὅρκους δ' εἰς ἀνέμους τίθεμαι* Nonni (Dionys. XLVII, 271; cf. XI, 445) *συνθεσίας δ' ἀνέμοισιν ἐπέτρεπεν* Apollonii Rhodii (Argon. I, 1334) *ἀλλ' ἀνέμοισι* || *δώομεν ἀμπλακίην* cf. Tibull. I, 4. 21; V, 35. Lygdam. 6, 27. 50. Ovid. art. amat. I, 388. trist. I, 215. Stat. Achill. II, 286 [11]). At multo maiorem e Theocrito fructum cepit Glaucus, qui epigrammati quod exstat in A. P. IX, 341. non solum colorem Theocriteum accommodavit, sed etiam singulas quasdam notas bucolico poëtae sublegit. Nam si discesseris a Daphnide, primo obtutu perspicies, verba: *καὶ εἰς αἴγειρον ἐκείναν* ad morem conspirare a Theocrito (XVIII, 47: *γράμματα ἐν φλοιῷ γεγράψεται*) adumbratam (quode disseruit Bötticher, der Baumkultus der Hellenen, p. 52 sp.). Tum si pergit: *Πάν, Πάν, πρὸς Μαλέαν* haud dubie recordatus est Theocr. I, 120: *ὦ Πάν, Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα κτλ.*

---

11) In erotica poësi ventis fata sua enarrantes, amantes finguntur cf. Alciphr. I, 8: *κ' ἀγὼ τὰ πολλὰ ταῖς αὔραις διαλαλήσας*. quem locum Dilthey. de Cydippa, p. 76 revocandum esse censet ad Callimach. frg. XI Bentl. Sed de Aristaeneto I, 16, p. 78 similia quaedam proferente haesitat num Ruhnkenio assentiatur, qui illius verba a Callimachi pendere docet. Eodem aspiravit Catull. 64, 164: sed quid ego ignaris nequiquam conqueror auris? Sed ad poëtae anonymi versus (A. P. V, 83. 1): *εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δὲ στείχουσα παρ' αὐγάς* || *στήθεα γυμνώσαις καί με πνέοντα λάβοις·* non habeo quod adiciam simile.

Satis id quod erat propositum demonstrasse mihi videor. Iam vero ut in unum omnia conspectum redigamus, in studiis Theocriteis epigrammatarios multum fuisse versatos exemplorum spicilegio ostendimus, id quod inde apparuit, quod non solum epitheta, raras locutiones, versuum sive initia sive conclusiones captabant, quod denique, ut pastorum piscatorumque vitae descriptionem Theocriteam aemulabantur, ita amoris lusum ab eo descriptum saepe observabant. Sed imitatores partim argumentis bucolicis delectatos magis sese ad hanc imitationis partem composuisse, partim nihil sectatos esse cognovimus, nisi ut ex Theocriti idylliis flosculos quosdam delibarent suisque epigrammatis tanquam suos intexerent. Deinde vero plerosque grammaticos non tam colorem Theocriteum quam versus eius usu tritos spectasse, quibus cum epigrammata exornarent fore sperarent, ut omnibus probarentur, saepius nobis premendum erat. Hi vero sunt, qui imaginum elegantias et verborum collocationem exquisitiorem captare studeant qui nihil denique petant nisi Theocritum more centonario in epigrammatis formam redactum. Quodsi id demonstrari nequire contendas, legas quaeso quod Fritzschius (de poët. buc. Graec., p. 35) de Eratosthenis epigrammate (A. P. VI, 78) disputavit cui Ahrensius assentitur in bucolic. Graec. rell. II, p. XXXIII praef.

Sed si iam omnibus in unum collatis quaenam Theocriti idyllia a compilatoribus istis maxime petita sint inquirimus,

primum locum septimo bucolici poëtae carmine obtineri videmus, ex quo viginti duos versus imitatione expressos esse indicavimus. Primi autem idyllii versus ni fallor duodeviginti in anthologiae titulis partim leniter mutati partim accurate expressi nobis occurrerunt. Sed mirum est, quod toties spoliatores illi e carmine subditicio XXIII hauserunt, quod centonario modo ex aliis Theocriti poëmatis non sine artificii indole compositum esse, iamdudum viri docti intellexerunt. Ac quoniam eius potissimum poëtae meminerunt, quos non ita multo post Theocritum floruisse constat, nescio an iam illi Theocriti id esse existimaverint. Sed si epica Siculi poëtae carmina satis raro nobis occurrerunt, id inde declarari posse videtur, quod ipsa illa poëmata quae Homerum redolebant cum nullam fere poëticam virtutem prae se ferrent commodam imitatoribus materiem non praebebant. Nimirum cum primum septimumque carmen omnium maxime lectitata fortasse scholarum interpretationibus innotuisse videantur, alterum a Romanis poëtis saepissime adumbratum esse cognoscimus, qui cum inter religionem et superstitionem discrimen saepe omnino non facerent (G. Wachsmuth, quaest. magic. I, p. 5) in huius modi argumentis lubenter acquiescebant.

Tamen, si quis imitatorum istorum artificia despiciat, qui iam a veteribus velut furiculi avidissimi compilatores improbissimi vellicabantur (Clem. Alexandr. stromat. VI, 2. p. 752 apud Euseb. praep. evang. X, 2. 47, p. 462 Dind.) caveat ne eorum fructus parvi ducat. Nam id quidem etiam Theocriti imitationibus factum esse laetamur, ut non solum apud Byzantinos bucolici huius poëtae studium floreret — id quod scriptorum eroticorum paene sexcentis exemplis liquet — sed etiam post medii aevi tenebras Siculi poëtae carmina innotescerent, cum Philetici [1]), Sannazarii [2]) Flaminii [3]), Eobani

---

[1]) Fritzsche, zu Theocrit und Vergil I, p. 28.

[2]) Ibid., p. 29.

[3]) C. B. Schlüter, M. A. Flaminius und seine Freunde, p. 61. 73 pass.

Hessi [4]) in eis vel vertendis vel exprimendis operam collocaverunt haud spernendam. Nunc vero contigit, ut non solum Siculorum suorum ore vigeat [5]), sed etiam apud nostros cum Gessneri [6]) aliorumque poëtarum [7]) carminibus ad eius exemplar compositis tum grammaticis virorum doctissimorum studiis ad eius idyllia sive interpretanda sive diiudicanda spectantibus splendidissime floreat.

---

4) C. Krause, Helius Eobanus Hessus. Sein Leben und seine Werke. Ein Beitrag zur Kultur- und Gelehrtengeschichte des 16. Jahrhunderts. II, p. 91—95.

5) Holm, Geschichte Siciliens im Alterthum II, p. 324.

6) Cholevius, Geschichte der deutschen Poësie nach ihren antiken Elementen I, p. 461—466.

7) Lengsdorff, die Idyllendichtung der Deutschen I, p. 42sq.

Vita.

Natus sum Ulricus Julius Guilelmus Kehr die XVI. mens. Septembr. a. 1858. Ruhlae, in Thuringiae vico longe amoenissimo prope Isenacum sito, matre Paulina e gente Andraeana, Carolo patre, qui nunc seminario praeceptorum Halberstadensi praeest, quibus utrisque gaudeo vivis. Fidei addictus sum evangelicae. Primis disciplinae rudimentis imbutus, cum annum octavum agerem in gymnasium Ernestinum Gothanum J. Marquardtio v. d., rectore candidissimo, laetissime florens intravi artibusque liberalibus instructus sensim pedetemtimque usque ad secundam classem progressus eram, cum a. 1873 in gymnasium Halberstadense receptus sum, cuius praeceptores tironi summa comitate humanitateque indulsisse gaudeo. Quorum auspiciis maturitate examine comprobata mense Octobr. a. 1877. Lipsiam, litterarum artiumque in sedem celeberrimam, migravi, philologicis studiis operam daturus, unde a. 1878 vere Carolo-Rupertam academiam adii, quam post sex menses Georgia-Augusta Gottingensi mutavi. Gottingae vero cum per annum et seminarii regii philologici exercitationibus et virorum doctissimorum scholis interfuissem, Lipsiam reversus in societatem philologicam, cui O. Ribbeck, vir illustrissimus, moderatur, receptus sum. Doctus sum ab hisce viris: K. Bartsch. J. Baumann. K. Dilthey. M. Drobisch. G. Curtius. K. Fischer. K. Goedeke. M. Heinze. R. Hildebrandt. L. Lange. J. Lipsius.

H. Masius. W. Müller. O. Ribbeck. W. Roscher. H. Sauppe. Fr. Schoell. G. Voigt. C. Wachsmuth. Fr. Zarncke. Quibus viris celeberrimis ea quae decet observantia cum grates habeam maximas tum C. Diltheyi O. Ribbeckii, quem utrumque insigni benignitate mihi nunquam non adfuisse laetabundus profiteor, nomina grata piaque memoria prosequi non desinam.